donate redeunt ad sponsuz: vl' ei⁹ he/redes. Si aūt osculū iteruenit: resol/uitur donatio pro parte dimidia tā/tum. i. medietas rerū donatarum re/manet cuz spōsa vel heredibus suis. alia vero medietas redit ad spon/sum vel ad suos heredes vt. d. l. si a/spōso. C. de dona. āte nup. z. iij. pti. ti. vj. l. iij. z fozo juzgo. li. iij. ti. j. l. iiij. que incipit si algun esposo. z fozo le/gum. li. iij. ti. ij. l. v. aliter tamen olim erat dispositum per. l. regni fozo ge/nerosoz. li. v. ti. j. l. iij. que icipit /esta es fazaña. Et intellige hoc etiam si sponsa aliquid donauerit sponso: nā totum illud debet sibi restitui. z ius/per habebit medietatē rerum sibi do/natarum a sponso sioosculum interue/nit aliaſ totū restituet vt voluit C. y. in dicta. l. si a spōso in fi. quo ad ea. n. que sponsa donat sponso: siue inter/uenerit osculum siue non: totum reuo/catur z redit ad ipsam donantez vel eius heredes vt. d. l. si a sponso. Ra/tio diuersitatis inter vnum casum z alium potest esse quia sponsa vtroqz casu. s. quando ipsa donat vel recipit donationem: dicitur dare osculū spō/so non recipere: z p consequens gra/uatur z verecūdia afficitur seu rubo/re: quia quodāmodo dedit gagium desiderati āplexus. sponsus vero ipo osculo redditur alacrioz seu letabun/dus. ideo vtroqz casu fit iterptatio pro mulierevt tradit in dictis iurib⁹.

¶ Siquidez matrimo/nū per verba de pñti fuerit secutū: tūc donatio ista āte nupcias seu spō/salicia largitas cōfirmatur. quia cuz ob hanc cām. s. vt matrimoniū con/trahatur: facta fuerit vt in superiori/bus dictum est: secuta causa: dona/tio est perfecta. vt. d. l. cum veteruz. cum pluribus aliis illius tituli. z. ff. z C. de conditione ob cām. Non tñ in/telligas q perficitur ista donatio ex spōsalibus de pñti postea secutis: ita vt res sic donate statim efficiantur p/prie donatarij. Nam si sponsa cui fa/cta fuit donatio: decesserit post quaz contracta fuerunt sponsalia per ver/ba de pñti: ante tñ quā fuisset carna/liter cognita: res sibi donate redeūt ad virum ita sentit glo. no. in. l. si libe/ris. C. de dona. āte nup. in prin. Si. glo. insti. de dona. §. est z aliud in. v. exequantur. Quod tamen ego intel/ligerē cum distinctione osculi de qua supra. ad veraz ergo confirmationē z oīmodā validitatē dicte donatiōis oportet q matrimoniū fuerit secu/tū z carnali copula cōsumatū. nā tūc quāuis fuerit solutū: res mulieri do/nate remanēt ipsius mulieris vel he/redum suoruz. vt. l. pe. in fi. isto ti. ff. z traditur in predictis iuribus z fir/mat Jo. de imo. in. l. pe. §. seruis. pe. co. ver. si aūt. ff. so. ma. Idem dispo/nit lex regni. fo. ll. li. iij. ti. ij. l. iiij. que dicit q si sponsus (intellige de futu/ro) carnaliter cognouit spōsam: spō/sa lucratur omma que sponsus ei do/nauit in sponsaliciā largitatez siue p/pter nupcias z etiaz arras sibi dataſ Et similiter spōsus debet habere q̄c quid sponsa sibi donauit. Itaqz q̄uſ/alter eoruz moriatur z sic mr̄imoni/um fuerit solutum: non tenetur alte/ri restituere qđ recepit. Aduerte q licet illa lex loquatur in sponsis ō fu/turo z sic cōiter intelligatur per oēs: tamen ex quo interuenit copula car/nalis: nam sponsalia de futuro transe/unt in matrimoniū de pñti. vt. c. is q̄ de sponsali. cum concor. etiā si spōsa/lia essent contracta cuz conditione. nam per copulam a conditione rece/ditur z transeunt in matrimoniū vt est textus cum glo. z ibi no. abb. in vl/ti. no. in. c. de illis. de condi. apo. z ī. c. per tuas. eo. ti. z ibi no. abb. ī. iij. no. etiam si sponsi essent minoris etatis abiles tñ ad copulam. qz eodem mo/

Lex regni.

Sponsa do/nat oscu/lum spon/so nō re/cipit

Quando se/curuz est ma/trimonium.

Lex regni

Sponsalia ō futuro p co/pulā carnalē

do sponsalia inter eos tracta p verba de futuro per copulam carnalem transeunt in matrimonium de pñti z perficiūtur z cōsumātur vt est bon⁹ textus. z ibi no. abb. in. c. a nobis. su/pra de despōsa. ipu. z per eūdē in. c. continebaſ. eo. ti. ij. colū. in prin. C. Copula ergo carnalis in ꝟ casu facit spō/salia de futuro transire in matrimo/niū de pñti. z per cōsequens facit va/lere irrevocabiliter donationē inter/sponsos factaz vt res sic donate effi/ciantur ꝓprie donatarij. Idem foz/san dicendū esset si sponsus sponsam traduceret ad domū suam etiaz sine copula per ea que dicentur infra co/ver. sed q̄uis. ¶ Vestes er/go z alia ornamenta que spōsus trā/misit sponse: sequto postea matrimo/nio per verba de pñti z carnali copu/la cōsumato efficiuntur ꝓprie ipsius vxoris z suoz heredum. Nec possūt repeti a marito vel suis heredib⁹. vt d. l. cum te. vsqz ad. l. cum veterum. z. l. si a sponso. C. de dona. ante nup. ita tenet z firmat ri. malu. in. d. l. cū te. secūdū q̄ eum refert bal. ibiz ī au/ten. ex testamento. vj. co. ver. xij. C. de colla. tenet etiam petrus de vbal/dis. in. l. pe. §. seruis ff. solu. ma. pro ut eum refert aler. in. l. j. §. neqz ca/strense. ff. de colla. bono. in apostl.

¶ Et ex hoc dicunt q̄ si ante q̄ spōsa vadat ad domū spōsi: eo tēpore quo nupcie debent celebrari: sponsus va/dat ad domum sponse z eam subar/rat: dando ei duos vel tres annulos vel etiam in facie ecclesie cuz debent benedici: tenet donatio: z sponsa de/bet habere proprios istos annulos. hoc idem tenet alber. de rosat. in. d. l. cum te. dicens q̄ illa lex tollit dubi/um de quo sepe fuit iterrogat⁹. vtrū annulusz alia iocalia data vxori ī do/mo sua: debeant esse sua soluto mr̄i/monio. quia dicendū est secūdū eum q̄ sic per illam legem. z facit ad hoc

Vestes z ornamēta da te spōse effici antur sue.

De annulis.

ter. ī. l. si donate res. §. j. ff. isto titu: vbi lra dicit. Si sponsus alienū ānu/lum muneri misit: z post nupcias p eo suum dedit: quidā z nerua putāt: fieri cum mulieris. qz tunc factā do/nationē cōfirmare videtur: non no/uam inchoare. q̄ sniam veram eē cō/cepi. Istud idem de ānulis approbat lodo. ro. consilio. 146. j. co. ver. secū/da aūt dubitatio. incipit ī christi tc. ista questio. mouetur ad hoc qz do/natio facta per sponsum sponse eoz/que necessaria sunt ad contrahendū matrimoniū: valida est. vt. l. si quis pro vxore. ver. de contrahendo mr̄i/monio. z ver. nostris onerib⁹. ff. isto ti. Sed est ita q̄ isti ānuli necessarij sunt pro mr̄imonio contrahendo. vt patet de cōsuetudine hodierna lz nō de iure cōi. vt no. in. c. illud supra de presump. z in. c. femine. xxx. q. v. igit/ donatio eoruz valet.

¶ Hec tamen intellige sane quando constat q̄ sponsus vo/luit simpliciter donare: vel quando nuncius habuit mandatum vel com/missionem vt donaret. nam tūc be/ne valet donatio. z res donate effici/untur sponse cui donate fuerūt: z nō repetūtur ab ea. vt in iuribus supra allegatis signāter in l. mater. C. de dona. āte nup. z tenet bal. in. d. autē. ex testamento. vj. co. ver. duodecimū capīm. C. de colla. ad idem bon⁹ tex. in. l. cum mihi status. §. j. ff. isto tit. qui sic debet intelligi secūdū bar. in d. l. pe. §. seruis. ff. so. ma. ¶ Secus tamen esset quando constaret de in/tentione sponsi: q̄ voluit dare res so/lum ad vsum. Naz finito vsu p mor/tem vxoris vel alias soluto matrimo/nio: remanent viri: z ad ipm vel eius heredes debent redire. vt. l. mortis sue causa. in fi. ff. isto ti. z. l. incōmo/dato. §. sicut. ff. cōmo. z traditur ī. l. extimate. ff. so. ma. Et isti duo casus

Limitatio

valent dare ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt plani ꝛ sine aliqua dubitatione

An spōsus p̄ sumaꝫ donaꝫ vl cōmodaꝫ.

¶ Sz quid si sumus in dubio: qꝛ nō p̄t ꝓstare vtꝝ spōsus vl marit⁹ voluerūt donare: an solū ad vsum concedere: ꝛ iste est articul⁹ q̄ tidianus ꝛ satis dubitabilis: in quo videbimus tam de donatione vel cō fessione facta a sponso sponse: quam a marito vxori. quia quantū ad p̄sumendū vtrū fiant animo donādi vel non: ad partes iudicātur. licet quo ad alia magna sit differentia: vt apparebit infra dicendū. Doctores in hoc articulo fuerunt varij ꝛ cōtrarij. q̄ꝝ opiniones referre non curo: quia videri poterūt per bar. ꝛ alios in. d.l. pe. §. seruis. ff. so. ma. per salice. in. l. sicut. C. isto tit. Et colligendo dicta doctoꝝ multis ī locis sparsa: omisso eorum ordine: sic puto dicēdū. ¶ In primis quidem attendenda ꝛ seruanda est cōsuetudo loci: vt expresse volunt bar. in. l. si vt certo. §. interdum. ff. cōmodati. ꝛ Salice. in. d. l. sicut in fi. C. isto ti. Unde si consuetudo legitime p̄scripta/habet q̄ taliter concessa vel missa inter sponsos vel conuiges videantur donata: illa sequenda est. qꝛ consuetudo est optima legum interpres vt. l. si de interp̄tatione. ff. de legibus. ꝛ. c. cum dilectus. supra de consuetudine. illa ergo p̄sumitur sponsus vel maritus velle donare: que donari consueuerunt scōm morem ciuitatis. vt. l. j. §. officiū. ff. ō tutelis. ꝛ ratio distra. quē textum ad hoc multum cōmendat bal. in. c. iuravit. circa finez. supra de proba. ¶ Et ex hoc dicebat idem bal. in. l. ij. post principium. C. de iure do. q̄ iocalia que mittuntur a consanguineis viri vxori vel econtra: donari p̄sumunt̄ rōne cōsuetudinis. ar. ff. de admi. tu. l. cum plures. §. cuz tutor. ubi solēnia munera. vbi est tex. no. ꝛ facit tex. in l. filiusfa. ff. ō dona. secūdū eū. ¶ Cō

1. regula. Consuetudo seruanda est.

suetudo enī attenditur in cōtractib⁹ vt. l. q̄ si nolit. §. qꝛ assiduā. ff. ō edili. edicto. ꝛ. l. ex empto. C. locati. vnde ī dubio semper intelligit̄ quis contra here secūdū cōsuetudinem regionis. secūdū bar. in. l. ex ea parte. in pri. ff de verb. ob. ꝛ in. l. semper. ff. de reg. iu. ¶ Ad quod possunt adduci multa: que cumulat andreas sicul⁹. in. c. q̄ translationē. de offi. leg. ꝛ felli. i. c. cum. m. de consti. inj. co. cum sequentibus: vbi multa dicunt de consuetis appom in dispositiōibus: vt intelligātur licet non exprimātur: que videas per te. ¶ Facit quod volunt bar. ī. l. nemo. ff. de duo. reis. ꝛ quod no. in. l. si prius. §. si recte. ff. de aqua. plu. vbi dicitur: q̄ cōtractus semper videt̄ factus secūdū conditionē persone ꝛ loci consuetudinē. Idē Bal. in. l. sicut. C. de actio. emp. ꝛ in. l. incendiū. C. si certum peta. Inno. in. c. oli. ī pri. infra de verbo. sign. sequitur abb. in c. certificari. in pri. de sepulturis. felli. vbi supra. ¶ Cessante aūt consuetudine dicebat no. Bar. in. l. si vt certo. §. interdū. ff. ꝓmoda. tenementi hunc casum q̄ stagialia ꝛ burse ꝛ corone quas vir mittit vxori: quando ducit eam: non videntur in dubio donate: sed potius cōmodate vt magis ornate ad virum accedat. ꝛ ꝓpter ꝺ non confundantur more: nec debent apud vxorem remanere. hoc dictum refert ꝛ sequitur andreas siculus in rubrica. supra de cōmodato. ij. co. in fi. Idem tenet Bal. in. d. l. pe. §. seruis. fi. co. ver. de ornamentis. ff. soluma. dicens q̄ de perlis ꝛ ornamentis ꝛ argento: quod mittit sponsus sponse: nō est dubium quin viri remaneāt pleno iure. p̄sumunt̄ enim soluz ad ornatum accōmodari seu ꝓcedi: non aūt cedi seu transferri per tex. in. d. l. si vt certo. §. interdum. hoc idem placuit angelo de pusio in. d. §. fermi per illum tex. intelligendo q̄ illi ser

2. regula. Ea q̄ dat spōsus spōse non p̄sumūtur donata.

ui erant dotales quos tenet vir alere sicut vxorē: vestimenta tamē q̄ vir ipsis seruis tradidit: non videtur donasse: imo sibi restituenda sunt mozua vxoze. ¶ Hoc etiam tenet Bal. ī d. l. cum te. C. de dona. ante nup. dicens q̄ nō est donatio inter ꝯiuges: nisi expresse agatur q̄ sit donatio. vñ nec morte viri cōfirmaꝫ talis donatio. ¶ Quando enim aliquid tradit spōse vt magis ornate accedat ad virū: illud nō intelligit̄ donari: sed cōmodari. qꝛ in traditis gratia tradēt̄. nō p̄sumit̄ donatio vt. d. l. si vt certo. §. interdū. Idem dicit in vestib⁹ pretiosis ꝛ in margaritis ꝛ gēmis/ꝛ aliis ornamentis. vnde si vir habeat fratres: cum quibus habeat bona indiuisa: quia erant socij oīum bonoꝝ: post mortem mulieris ista sunt oīuz fratrum. vt notaꝫ per bar. in. l. j. §. nec castrense. ff. de colla. bo. secūduz bal. vbi supra. pro quo vltimo (q̄uis ipse non alleget) mihi videtur tex⁹ in. l. si socius pro filia in ver. cetex. ff. pro socio: vbi dicitur q̄ si pater dedit dotem filie de cōibus bonis sui ꝛ sociozz: si filia moriatur durāte societate: tunc tenetur pater illā dotē cōicare cum socijs. ¶ Ad idē facit tex. optimus non solitus allegari ī. l. mozis sue causa. §. res in dotē ī fi. ff. isto ti. vbi lfa dicit. res in dotem extimatas consentiente viro mulier in vsu habuit: deteriores si res fiāt vsu: dā ni cōpensatio non admittitur: easdē res non possit mulier quasi sibi donatas defendere ex illis verbis quibus donationes ei a viro legate sunt: cuz huiusmodi spēs: nec donari: nec auferri videnꝫ. dicit ibi fulgo. q̄ finis illius textus facit vehemens argumētum suo iudicio (quem tamen docto res non allegant) ad illud quod queritur de vestibus quas marit⁹ ī vsuz mulieris constante matrimonio cōcesserit: vt soluto mr̄imonio ad vxo

rem non pertineant cum non intelligātur donate. ¶ Hñ facit ad predicta textus no. in. l. sed si vir ex lana. ff isto titu. vbi si vir ex lana sua vestimentū fecit sue vxori: illud vestimentū remanet ipsius viri etiam si cura vxoris sit factum. ¶ Et inde est q̄ maritus p̄t legare vxori ornamēta: que compauit ad eius vsum: vel vestes seu alia simulia que sibi tradidit: ꝛ valet tale legatum etiā si nōie vxoris essent cōpata. vt. l. ß legatum. cū l. sequen. ꝛ. l. vxori. §. vxori. ꝛ. l. q̄ vxori. de lega. iij. ꝛ. l. ornamētoꝝ. ꝛ. l. quí vxori. ff. de an. ꝛ ar. lega. Quinmo in hoc legato venūt vestes prioris vxoris. vt. l. si quid eaꝝ. de lega. iij. ergo ille vestes ꝛ ornamenta remanserūt mariti. nam si essent vxoris non valeret legatum: qꝛ legatū rei propꝛie nō valet. vt. l. cetera. ō lega. j. ꝛ. l. propꝛias. C. de lega. Adeo q̄ etiaz estimatio rei propꝛie nō debetur. vt instit. ō legatis. §. sed si rē. qui tex. est no. de quo quidem legato nō detrahit̄ falcidia vt est casus vnic⁹. in. l. si vsufructus. §. si dos legata. ff. ad. l. falcidi. secūdū bal. in. d. c. iurauit. de proba. quod tenemenꝫ. ¶ Ratio predictoꝝ pōt esse quia cum in hac concessione q̄ facit vir sponse vel vxori possit sumi hec coniectura q̄ cōcedit ad solum vsuz vt magis ornata accedat ad virum: vel mcedat quādo est cuz viro. vt no. in. d. l. si vt certo. §. interdum. ff. cōmo. Merito nō ē p̄sumēdum q̄ aīo donandi cōcesserit: quia in dubio nunquā p̄sumitur donatio vt in. l. cum de indebito. ff. de proba. l. si cum aurum. ff. de solutio. ꝛ. c. sup hoc. supra. ō renūcia. ꝛ. c. qꝛ nō est vi simile. supra de p̄sump. ¶ Mdarie quia hodie ex generali ꝓsuetudine q̄ viget in his regnis ista ornamenta solent mitti sponsis ꝛ concedi vxoribꝰ: itaqz verecundia esset sponso vt marito illa non mittere vel concedere:

Legatuz rei propꝛie.

Rō p̄dictoꝝ

Cōsuetudo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qz violaret consuetudinez z per consequens esset redarguēdus apud bonos z graues. morem enī sequendus dicit lex. C. de testa. l. testata. z. viij. di. que cōtra morem. quod aūt quis facit ob pudorē verecundie: dicit facere necessario. vt. l. pecunie. ff. de alimētis z ciba. lega. nec fieri posse creditur id quod lederet verecundiam nostram vel offenderet bonos mores vt. l. filius. ff. de cōdi. instī. Si ḡ ista missio vel concessio localiū vl' ornamentoz fit ex quadam necessitate moz: ergo non est presumenda donatio. quia in necessitatibus nemo liberalis existit. ar. in. l. relegatū. ff. ō adimēdis lega. z. l. donari. ff. de regulis iuris. Et ita ex quo potest sumi conjectura necessitans ad ista mittenda vel tradenda: non est presumendū q̄ sint donata. Nec tenuerunt oldra. z C y. in. d. l. pe. §. seruis. ff. so. ma. z sequitur dñi de rota in decisiōibus q̄s collegit bernardus de bisgneto isto ti. decisiōe. prima q̄ incipit petr⁹. z sequitur ācha. cōsi. 181. incipit ī christi ꝛc. in primo dubio. ¶ Bene facit ad hoc quod in simili voluit Bar. in. l. j. C. de iure emphi. z enim sequūtur anto. z abb. ī. c. potuit. supra de loca. vbi dicūt q̄ si emphiteota cadit a iure emphiteotico ex non solutiōe pensiōis: si postea dñis simpliciter recipiat pensionez pro tempore preterito: non per hoc videtur approbare emphiteotam quominus possit illum expellere. Sed potius videtur capere pecuniam sibi debitam. ar. l. colonus ff. loca. Item quia cum ista receptio pecunie possit habere duplicē intellectum. s. vt fiat animo renūciandi iuri expellendi emphiteotam. Itē q̄ non fiat isto animo renunciandi sed recipiendi sibi debitum: debet intelligi q̄ non fiat animo renunciandi. quia in dubio non presumit renūciatio iuris vt. d. l. cum de indebito cum alijs de quibus supra. de quo articulo latissime vltra alios vide per Jaso. in. d. l. j. C. de iure emphi. lv. co. ¶ Facit ī simili quod voluit Bar. in. l. frater a fratre. ff. de cōdi. idebi. circa prin. prime glo. magne in. j. q. vbi videtur tenere q̄ si mutuo alicui pecuniā nomine tuo: nō videor tibi illaz donare quod dictum refert z sequitur pau. de castro. in. l. certi cōdictio. §. si nūmos. ff. si certuz petatur. z bartholomeus de belenzinis. in. c. si cautio. v. xij. supra de fide instru. in apostillis. ¶ Idem dicas si ego solui creditori tuo p̄ te: naz non videor tibi donare vt voluit Bal. in. l. j. in fi. C. ad vel leia. reprobata glo. ibi que cōtrariuz volut. Unde sic videtur dicenduz in casu nostro vt nō sit presumēdū maritum vel sponsum velle donare spō se vel vxori res sibi transmissas vl' cōcessas: sz potius ad vsū accōmodare

Mutuū

Solutio

¶ Intellige hoc non solum quando sponsus vel maritus seu eius nuncius vtitur verbis non aptis ad transferendū dñium vt est verbum concedo quod ex proprio significato non inducit translationem domini vt volut glo. no. in. l. fi. ff. ō dona. pro qua est textus optim⁹ quē notauit ibi andreas siculus in. c. pastoralis supra ō dona. z bñ facit text. in. c. fi. supra de precarijs. z glo. j. in. c vno. supra de cōmo. quāuis gl. iūcta textu in. l. vxori. §. fi. z ibi Bar. ff. de legatis. iij. dicat q̄ verbum concedo idem importat quod dono. sed hoc ē largo sumpto vocabulo. de quo vide as iura z docto. de quibus per alexādrum. in. l. si postante. in prin. in. xviij. co. ff. so. ma. per felli. ī. c. cum venerabilis. in prin. supra de excep. z Jason. in. l. j. ij. no. ff. de consti. prin. z in. l. si donatione. j. co. C. de collati. Sz etiam si vtatur verbis aptis de sui natura ad translationem domini, verbi

Ampliatio

Concedo nō est ꝑbū translatiuū dñij

Pro emphiteota.

gratia sponsus vel maritus dicit spō se vel vxori dono tibi vel trado ista res. vel nuncius dixit: spōsus vel maritus donat vel tradit tibi ista. Naz etiam per hec verba non erit inducta donatio. p̄prietatis sed subintelligitur ad vsum tantum. Ista est mirabilis decisio bar. in. d. l. j. §. nec cāstrēse. vj. co. v. z iō. ff. de colla. bono. cū q̄ trāseūt cōiter docto. signāt bal. in auc. ex testō. vij. co. v. duodecimū capl'm. C. de colla. z Jo. de imo. ī. d. l. pe. §. seruis. pe. co. ff. so. ma. q̄ illō ꝑbū donare seu donat impropriat se cundū subiectaz materiā. vt. l. si vno āno. §. si ꝑbo donatiōis. ff. loca. z bñ facit ter. in. l. in lege. eo. ti. z in. l. dāni ifecti. in prin. ff. de dā. ifec. z in. l. si stipulat⁹. ff. ō vsur. vbi ꝑba impropriātur scōz subiectā materiā. ¶ Ex ꝑdicebat no. bal. ī rubrica. C. ō iure emphi. ī fi. q̄ siue ī ꝓtractu siue ī iudicio ponat nomē vni⁹ ꝓtract⁹ z effect⁹ alteri⁹: est iudicād⁹ scōz naturā illi⁹ cōtract⁹ cui⁹ effect⁹ posit⁹ ē. z appositū qō nō cōuenit effectui: habet p̄ ñ appositō. Uñ si ꝑdo talē fūdū in vsum seu ad vsū: ista ꝑba ad vsū ponūt demōstratiue nō tatiue nec trāsitiue vñ plena videt facta vēditio. p̄ text. in. l. donatiōes in cōcubinā. §. spēs. ff. ō donatio. ita bal. vbi supra. ¶ Ex q̄ dicebat gl. C y. z bal. ī. l. si pdiū. C. de iure do. q̄ si dico pcedo talib⁹ religiosis tale pdiū ad vsū: venit p̄prietas p d. §. spēs. ¶ Ex'istis etiā dicebat no. bal. in. l. j. in. j. co. C. ō fructi. z litis ex pen. q̄ qñ ex pcessiōe apparet q̄ trāsferr plenū ius vel ius vtile in aliq̄ re ꝑba ad vtēdū z fruēdū ibi posita: nō diminuūt cōcessionē. p. d. §. spēs. m. si tēpus adiciat. s. ad vtēdū z fruēdū in vita sua. vt. l. eū. §. si vm. ff. ō transacti. ¶ Ex his etiā dixit idē bal. in. l. si habitatio. §. sed si sic. ff. de vsu z habi. q̄ si alicui cōcedātur possessiones in godimētū seu gaudimētū: trāsmittitur ad heredes. q̄ verbū godimētū est quidā mod⁹ insert⁹ respiciens fauorē legatarij: ideo non restringit legatū. vt ibi p eū ad qō bñ facit ter. in. l. mj. in prin. ff. de alimēt. lega. vbi dicit q̄ qñ fūd⁹ relinq̄t ad alimenta venit p̄prietas z trāsmittit ad heredes. vide ibi bar. ¶ Propterea dicebat no. bal. in. l. fi. C. de vsuris. q̄ si vsurari⁹ dixit debitori. ego dono tibi vsuras: nō iudicabit donatio sz restitutio p̄ce materiā subiectā: q̄uis vsurarius vsus fuerit verbo dono. ¶ Ex ꝑdicit sat⁹ no. idē bal. in. l. q̄ sepīs. x. co. v. z scias. C. vñ liberi. q̄ si princeps p feudo reciperet p̄cium: z postea diceret indulgem⁹ vel simile ꝑbuz: nō ꝓpterea eēt feudū sz ēptio z iō reuocari nō posset nec deberet fidelitas. ar. l. fi. C. de p̄dijs curi. li. x. qō dictū reputat no. lodo. ī singularī. 459. incipit an inder mediolani. z andreas sicul⁹. ī. c. fraternitatē. in. co. sup ō dona. z Jaso. ī. l. j. vij. co. C. de iure emphi. de q̄ etiā p eūdez bal. ī. l. gall⁹. §. q̄d si tñ. ff. de libe. z post. ¶ Ad cui⁹ cōfirmationē facit qō in simili volut abb. in. c. fi. ī prin. supra ō solu. vbi dixit q̄ solues simplicit' alicui pecuniā: p̄sumit' potius pecuniā depositū esse: q̄ debitū soluere vel donare. z ita q̄uis ꝑbū solutio, platuz a dño pecunie: p̄supponat ibi obligationez p̄cessisse. vt. l. solutiōis verbū. ff. ō solutio. z. l. solutiōis verbū. ff. de ꝑbo. sign. nihilominus tamē in fauorem istius concedentis pecuniam impropriatius illud verbum solutio vt trahatur ad mutuum vel depositum. ¶ Summo: magis hoc casu presumitur depositum q̄ mutuum. quia expedientī⁹ est creditori habere actionem bone fidei scilicet depositi que est magis priuilegiata. vt. l. fina. C. depositi: q̄ actionem stricti iuris: scz certi cōditionē ex mutuo. ita no. bal. in. l. incendiū in finalibus ꝑbis. C. si

Ad alimēta.

Donatō vsu rarū.

Indulgent⁹.

Solutio.

Depositū.

Ad vsum.

Concessio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Possessio.

certū pe. reputās ꝫ valde no. ō q̄ memi
nit pau. de castro. i. d. l. cū q̄d. i fi.
ff. si cer. pe. ¶ Qd idē facit qō volunt
bal. in. c. quato. i fi. de iudicij. quē re
fert ꝛ seq̄t ibi andreas sicul⁹. viij. co.
in fi. vbi dixerat q̄ iuspatronat⁹ nō pos
sidet: sz q̄si possidet. vt. l. seru⁹. §. ico
poralesff. ō acq. re. do. vñ si testꝫ dice
ret q̄ vidit talē possidere ius patro
nat⁹: exponeret. i. quasi possidere. vt
l. sz ꝛ si possessori. §. fin si rex. ff. de iu
reiu. vbi est rex. no. bñ facit rex. scōm
abb. ibi in. c. fi. supra de rest. spo. vbi
respectu iurū incorporaliū q̄ nō pos
sidentꝫ: sz quasi possidet: vt tradit i. c.
q̄relā. de elec. ꝛ. c. cū eccl̄ia sutrina. ō cā
posse. ꝛ ppne. cū aliis silib⁹. pomit tñ
ibi verbū possessio. ¶ Ex q̄ infert ibi
abb. sustinere posse libellū i q̄ incorp⁹
lia dicūt possideri vt ibi p eū. ꝛ rō p⁹
dictoꝝ est q: verba laicoꝝ debēt itel
ligi grosso ꝛ vulgari mō. vt no. Ly. i
l. si cū āte. C. de dona. asi nup. scōm
bal. vbi supra. Ex q̄b⁹ oīb⁹ videt mi
hi dubia decisio bal. in pludijs feudo
rū. xv. co. v. alia diuisio. vbi dicit q̄ si
cōcedo domū ꝛ fūdū in feudū ad vtē
dū ꝛ fruēdū: ppt̄ ista verba feudū fini
tur morte ꝛ ñ trāsit ad heredes. Cu
ius decisionē reprobat marti. laudē. i
c. j. viij. co. ad fi. q̄ feu. dare pos. ꝛ seq̄t
Jaso. in pludijs feudoꝝ. xxxij. co.
¶ Qd idem facit qō volunt Bal. i. c.
quato. supra ō iud. vbi dicit q̄ si epūs
ꝓstituit laicū vicariū i spūalib⁹: ipso
priuat ꝛ intelligit. i. assessorē. de q̄ dicto
facit festū ibi andreas sicul⁹. xiij. co.
ꝛ i rubrica ō iudi. xj. co. in fi. Sic ꝙ fi
et in casu nro ipropriato illi⁹ vbi do
nat. vt trahat ad cōmodatū cū illud
magis expediat spōso vel marito.
¶ Et ꝫ marie qñ ista cōcessio fieret
per spōsū de pñti vel p maritū spōse
de pñti vel vxori iā traducte. Iā cū
tūc phibita sit donatio a iure vt infra
dicet: nō est psumēdū q̄ fiat donatio
cōtra iurꝫ phibitionē. ar. l. merito. ff.
p socio. ꝛ. c. cū dilecti. infra ō accusa.
facit. c. non pōt de pbē. li. vj. in fi. vbi
pbat. scōm dominicum. q̄ si ex vbis
grāy pōt sumi duplex intellectus: q̄z
vn⁹ induceret dispēsationez cōtra ius
ꝛ alⁱ scōm ius: ōz sumi itellect⁹ scōz
ius. ¶ Qd idē facit gl. no. in. l. j. i pri.
C. de his q̄b⁹ vt indi. q̄ vbū vlciscī
platū simplicit: ōz itelligi ō vltiōe iu
ridica: nō aūt de vltiōe ꝓpria manib⁹
seu ꝓpria auctoritate. idez de vbo
vindicare. dixit glo. in. l. vxor. C. qui
accu. nō pos. facit rex. i auc. si vero cō
tigerit in fi. C. de iudi. Et inde ē q̄
si titius minat⁹ ē seū q̄ vltionez seu
vindictā sumet ab eo: itelligit de vlti
one seu vindicta iuridica vl̄ p man⁹
iudicis. vñ quāus postea sei⁹ repiat
mortu⁹: nō p̄sumit q̄ tic⁹ eū occide
rit scōm guil. in. d. l. j. C. de his q̄bus
vt idig. ꝛ ibi ange. ꝛ tradit p do. car
di. in cle. j. de pcura. q. xiij. p bal. in. l.
metū. C. qō met⁹ cā. p abb. i. c. scri
bā i fi. supra ō pēsūp. p modernos. in
tract. maleficio. Jn pte fama publi
ca pcedēte. xx. co. ꝛ lati⁹ p paridez in
suo tracta. de sindicatu. i pte tortura
c. vj. icipit. Jn si q̄s. ¶ Facit no. di
ctū inoc. in. c. dudū ad fi. supra de de
cimis. vbi dicit q̄ cōfirmatio pape q̄
pōt referri ad actū iuridice factū: ꝛ
ad non iuridice factum: an dubio re
fertur solum ad actum iuridice fa
ctum. Qō dictum ō facili nō repit a
libi scōz āto. ibi. ō q̄ meminit bal. i. l.
bonorum. C. q̄ admi. ad bo. po. po ꝛ
felli. i. c. lxiiij. co. supra ō cōsti. Vñ si
videt dicēdū i ꝓposito nro: vbum do
no vl̄ donat ꝓfatū a sponso de pñti:
seu a marito seu ei⁹ nūcio: pt referri
ad ꝯmodatū vt vxori ornatior icedat
vt supra dictū ē. Pōt etiā referri ad
merā donationē: q̄ iter ꝯiuges ꝓhibi
ta ē: ergo i dubio non debet intelligi
donatio facta ꝓtra iuris ꝓhibitionēz
¶ Et istud teneo ꝙuis lodo. ro. ꝓsi
lio. 146. fi. co. qō icipit in xpi. ista qō

Libellus

Utēdū ꝛ fruendum.

Vicarius.

Vñ fit a marito vl̄ spōso de pñti dona tio.

Intellectus duplex.

Ulcisci. s. iuri dice.

Cōfirmatio

Cōtra ludo. ro.

repḧedit dictuz bar. de q̄ supra. imo
q̄ si nūci⁹ spōsi vl̄⁹ fuerit vbo donat
psumat donatio. ꝛ sic debeat iterpta
ri ꝓtra spōsū. ar. l. veteribꝰ. ff. de pa
ct̄s. Sibi enī ōz iputari si ita genera
li sermōe vsus est. vt. l. fi. C. de dotis
pmi. ¶ Preterea dicit ipse. ex q̄ sim
pliciter fuit donatū: nō intelligit illa
clausula quoad vsū. etiā si spōs⁹ hoc
mente ꝯceptū hūerit. vt. l. si repetēdi
C. de cōdi. ob cām. ¶ Itē si i hac do
natiōe spōse facta solū ꝫ tacite subin
telligit: si mīmomū secutū fuerit: ꝛ
p spōsū ñ steterit. vt. d. l. cū vetex. C.
de dona. ante nup. q̄ nō ōz subintelli
gi ꝫ. l. q̄ ad vsū. Si enī impator illaz
voluiss subintelligi expīsiss: quēad
modū ꝛ aliā. vt. l. j. §. fin aūt. C. ō ca
duc̄ tollē. ꝛ. c. ad audiētiā. supra ō de
ci. hec lodo. in. d. p⁰. Qd que sat̄ pa
tet respōsum ex precedētibus.

Quādo dās erat nobilis.

¶ Limitabis tamen predicta vt ꝓcedāt nisi spōsus vl̄ ma
rit⁹ vestes/tocalia/ ꝛ alia ornamēta
trāsmittēs sponse vel vxori: esset vir
magne potētie ꝛ nobilitatis. Mā rō/
ne sue potētie ꝛ nobilitat⁹ p̄sumit vel
le ꝺonare ea que transmisit. ita dicit
no. Bal. in. c. iuramt. circa finez. sup
de ꝓba. ꝛ in tractatu ō duob⁹ fratri
bus in fi. ¶ Idē videt ipe sentire i. l.
si patrno affectu. C. de nego. gest̄. di
cēs q̄ si vitric⁹ facies expēsas puni
gno erat nobilis. i. miles ꝛ diues: faci
li⁹ p̄sumit donare q̄ ignobil. ¶ Idē
est de mēte bal. in. l. j. i fi. C. ad velle
ia. vbi dixit q̄ si mulier q̄ ꝓ alio solut
erat nobil ꝛ idignitate: rōne sue no
bilitat⁹ ꝛ dignitat⁹: p̄sumit donare.
¶ Nouet Bal. vtrobiq; argume
to. l. filiꝰ fa. ff. de dona. vbi dicit q̄z
alias regularit filiꝰ fa. nō posset do
nar: rōne tñ dignitat⁹ ꝛ nobilitat⁹ do
nare pōt. ¶ Potuisset ad ꝫ allegare
textū optimū in ꝓposito in. l. pe. C.
isto ti. vbi lfa dicit donatiōes q̄s di
uus impator in pissimā reginā suaz
ꝓiugē: vel illa in seremissimū marituz
ꝓtulerit: illico valeat sancim⁹ ꝛ plenis
simā habere firmitatem.

¶ Istud autez non est ex alio nisi rōne nobilitat⁹ ꝛ dignitat⁹
Propriuz enī est nobilit eorum qui
sūt in dignitate ꝓstituti liberalitates
exercere ꝛ donatiōes facere. vt i. c. j.
supra de dona. ꝛ in. c. grandi. de sup.
negli. prela. lib. vj. ꝛ in. c. iam nūc. xx
viij. q. j. largitas enī facit hoies famo
sos ꝛ claros vt inq̄t tullⁱ⁰ in. li. j. ō of
fi. c. xv. ꝛ lib. ij. c. vj. facit eos beatos.
Mā in donatore dicit q̄d ā britudo.
Unꝰ xp̄s dicit beat⁹ est dare ꝙ reci
pere. vt i c. cū marthe. supra de cele.
ms. ꝛ in. c. p̄dicator. xxj. q. j. ꝛ ꝓ glo. i
rubrica. ff. cōmo. nobiles. n. i suis do
mis solēt multa ꝛ magna ꝓcedere re
putātes se parua ꝛ modica cōcessisse
vt volunt glo. no. in. l. sz ꝛ si possessori
§. j. ver. modica. ff. ō iudi. q̄ loq̄t ō re
gina matilda dicēte aliq̄tuluz tre
illi eccl̄ie dono: q̄ tñ donabat. xxx. mi
lia iugera tre. ¶ Silez liberalitatē
legit fecisse alexāder: q̄ cuidam pau
peri elemosinā petēti ciuitatē dedit.
ꝛ cū ille diceret q̄ tal elemosina sibi
nō ꝓueniret: respōdit. nō curo q̄d te
accipere ꝺceat: sz q̄d me dare ꝓgruat
putauit enī alexāder pecunia ꝛ mune
rib⁹ attrahere corda subditoꝝ. put
ait tullⁱ⁰ recitās dictū philippi ad a
lexādrū q̄d epl̄a: vbi ꝑclare alexan
drū filiū philipp⁰ accusat: q̄ largitio
ne beniuolētiā ꝓsequat. q̄ ꝛ malus
inq̄t vl̄ rō in istā vanā spez iducit: vt
eos fideles tibi fore putes quos pe
cunia corrupisses: an id agis vt ma
cedones nō tā regē suū: q̄ ministruz
ꝛ debitorē putāt: q̄q; sordidū ē re
gi. melius corruptelā: q̄ largitionem
dixit eē. fit enī ꝺterior q̄ accipit atq;
ad idē semp expectādū paratior. hec
ille filio. Hoc viciū q̄si hereditariuz

Nobiles liberales sunt.

De regina matilda.

de alexādro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit alexādro. nā au⁹ei⁹ philipp⁹ma
ioꝛi ex pte mercatoꝛ gratie: magis q̄ victoꝛ fuit. vt dicit valeri⁹. li. vij. c. ij. ꝛ latius ꝓsequit frater ioānes valeñ. in sua sūma. j. pte. di. iij. c. xvij. Et se/neca in li. ij. de beneficijs. c. xvj. dicit hec alexandri vox regia videt ꝛ ani/mosa: sz stultissima. eo q̄ nō ꝓsidera uit q̄d/cui/quāto/ꝛ quare largiat.

De ātigono

¶ Ibi etiā reprehēdit antigonū de ni mia cupiditate qꝛ cuidā petēti talen tū argenti: respōdit plus petijsse q̄ il lū decebat. ille iterū petijt denarium solū. cui respōdit antigon⁹: nō decet regē tā modicā rē dare. ꝛ ita p cauil/latione op⁹ liberalitatis euasit: de q̄ meminit glo. in. c. ꝛ si qōnes. infra de simo. ¶ Sil'em liberalitatē fecit glo/riose memorie dñs alfōsus duodeci/m⁹ hispaniaꝝ rex: q̄ cuidā ſgine ꝓstā tinopolitane ad se venēti petentiqz vt ꝓ redimēdo rege marito suo quē captū a turchis dicebat: tertiā ptem precij sibi daret (alias enim duas ro manus pontifex ꝛ rex frācoꝝ sibi cō cesserāt) rſidit grates romano pōti fici ꝛ frācoꝝ ſgi reddas: ꝛ q̄ tibi ꝓces serūt restituas: qm̄ ego totū q̄ indi/ges tibi tradā. dedit qz sibi q̄ntā q̄ntales argēti exēplo illi⁹ regis de q̄ habet mathei. xviij. c. q̄ seruo suo de/cē milia talētoꝝ debēti offerētiqz se oia redditurū: totū debitū ei dimisit vñ rex nobil' pl⁹ dimisit q̄ debitoꝛ pe tierit scōz abuleñ. ibi. m'ra alia libe/ralitat' exēpla potuisse adduci ſignā ter ea q̄ valeri⁹ ffert i. iij. li. c. fi. q̄b⁹ liberalitas ī nobilib⁹ ꝓbat. ea tñ bre uitat' cā obmitto. ¶ Et si solū ipi no biles solēt ꝛ ōbēt liberalitates exerce re ꝛ donatiōes facer: vez etiā eoꝝ co adiutoꝛes seu curatoꝛes. vt no. Inn. ꝛ ibi etiā glo. ī vbo liberā. in. d. c. grā di. de sup. negli. pre. li. vj. ō q̄ dicto me mimit m'tū cōmēdādo andreas sicu/lus in. d. c. j. supra de dona. ꝓ q̄ ipse al legat textū satis singularē ꝛ mēti te/

De ſge per matheū no/minato

Ampliatio. Curatoꝛes nobilium de bēt liberali/tates facere.

nēdū in. l. cū plures. §. cū tutoꝛ. ff. de admin. tu. vbi lfa dicit in primis tu/toꝛ mercedes p̄ceptoꝝ non q̄s mini/mas potuerit: sz ꝓ facultate p̄timo/nij; ꝓ dignitate natalīū ꝓstituet alimē ta seruis libert' sz; nō nūq̄ etiā exte ris si hoc pupillo expediet p̄stabit: so lēnia munera parētib⁹ cognatis mit tet. de quo etiā p eūdē andreaz sicu lū in. c. m'si spālis. xxxj. co. supra de of fi. lega. ꝛ in. c. cū sit generale. ij. co. su pra de fo. ꝓpe. ¶ Qui hoc mirabiliť limitat q̄d ea q̄ cōit ꝓsueuit rex vel nobilis donare: nō aūt ad ea q̄ rarī/sime largit⁹ est. ar. tex. in. l. vl' vnuer soꝝ. ff. de pignoraticia actiōe. ꝛ in. l. q̄ semisses. ff. de vsur'. ꝛ in. l. fistulas. §. frumēta. ff. de ꝓtrahēda emptiōe/vt ibi lati⁹ p eū. ¶ Exq̄ ifert q̄ si papa ꝓsueuit ꝛfeudare res eccleſiarū in a liq̄ ꝓuincia: legat⁹ de latere ī illa pui/cia sibi decreta poterit infeudare ita vt ꝓsueuit papalis maiestas. ꝛ ita dz itelligi q̄ voluit ibi bal. ꝛ bar. in. l. ꝓ hibere. §. plane. ff. q̄ vi aut clam.

Limitatio De his q̄ cō sueuit nobili donare.

¶ Ad cui⁹ ꝓfirmationē (q̄uis ipse non dicat) facit illud notabile dictū archi. ī. c. reatina eccleſia. lxvij. di. vbi dicit q̄ si cōsuetudo est q̄ mortuo p/lato ōnūcieť ei⁹ mors principi: ꝛ req/rať ei⁹ ꝓsens⁹ vt canonici eligāt ep̄m vl' platū: si rex est extra regnū: sufficit ꝑ denūciare viceregi ipi⁹ regi. q̄d di ctū refert ꝛ seq̄ť paul⁹ de liazaris in repetitiōe. c. nobis. supra ꝑ iure pa. ꝛ bal. ī. c. cū venerabil'. sup̄ ꝑ ꝓsuetudie ꝛ andreas sicul⁹ in. c. p. ꝛ. g. supra de offi. dele. iij. co. ꝛ ī. c. q̄d trāslationē. xvij. co. supra de offi. le. dixi supra in p ludijs. ¶ Ad ꝓpositū cū istas libera litates ꝛ donatiōes possint ꝛ soleant facere ipsi nobiles ꝛ eoꝝ coadiutoꝛes vl' tutoꝛes: merito de ipis p̄sumēdū est ī dubio q̄ aio donādi ꝓcedāt spō sis vel vxoꝛib⁹ suis q̄ trāsmiserūt vel ꝓcesserūt eis. ar. a cōiter accidētibus q̄d validū est ī iure vt ī. l. neq; nata/

les. C. de ꝓba. ꝛ ī. c. j. supra de clericis nō residētib⁹. ¶ De q̄ vltra p̄dicta ego allego gl. valde sing. in spē ℣ dicē tē de qua ꝑ tūc non fuit memoꝛ dñs Bal. i. l. vxoꝛi. de lega. iij. q̄ dicit q̄ si marit⁹ ē nobil' ꝛ diues: p̄sumit dona re ea q̄ vxoꝛi ꝓcessit quā gl. notāt ibi bar. ꝛ alij ꝛ bal. in. l. ij. post principiū. C. de iure do. ꝛ in. c. j. ad fi. q̄ feuduz dare p̄sit. li. feudoꝝ. ¶ Bñ facit ad ℣ tex. satis no. secūdū abb. in. iij. no. in c. ꝛ si qōnes ifra de simo. vbi ad p̄su/mēdū q̄ donū sit gratuitū p̄derat q̄litas donāt⁹. Ita vir nobil'/potēs: ꝛ diues magi ꝓsumit donare q̄ ignobil' ꝛ paup. Inde ē q̄ rustic⁹ nō ꝓsumit p̄stare opas grat⁹: nō pōt petere p̄ciū eaꝝ. vt. ff. ꝑ socio. l. si duob⁹. §. si i co eūda. nobilis tñ ꝓsumit grat⁹ facere: vñ nō pōt petere p̄ciū solicitudinis ꝛ laboris q̄ has opas nō ꝓsueuit nobi lis locare: iō nō ſferūť ad pecuniariā extimationē. vt. ff. de p̄script⁹ ℣bis. l. naturaľ. §. j. ita dicit bal. in. c. grauis ij. co. supra de resti. spo. ¶ Nobil' enī reputat se q̄dāmō debitoꝛē ꝛ obliga tū ad liberalitates ꝛ donatiōes faciē das vt ꝓbať ī. d. c. j. sup̄ de dona. vbi lfa dicit hāc sibi q̄dāmō legē nobili/tas iponit vt debere se existimet: q̄ spōte tribuit. ꝛ nisi ī suis bñficijs cre uerit: nihil se prestitisse putet. Et ita obligatio ad antidota non cadit in/ter nobiles. q̄ vt dicebā nobil' semp se debitoꝛē ꝛ obligatū reputat. quaz obligationē donādo credit exsolueť vt tradit lodo. singulari. 768. incipit nob litas iducit p̄sūptionē donatiōis ꝛc. merito q̄ ꝑsumēdū ē q̄ nobil' vo/luit donaŕ spōse ea q̄ sibi trāsmisit vl' ꝓcessit cū donatō ptieat ad nobilita tē vt supra dixi. ¶ In his. n. q̄ ad no/bilitatē ptinēt semp ꝓ nobilib⁹ p̄sumť vt volunt gl. singularis. ī. c. illō. rl. dist. bon⁹ ter. ꝛ ibi no. albe. ī. l. ij. §. q̄ oia ℣. ātiq̄ stirpe. C. ō veteri iuŕ enu. ꝛ in. l. si furiosi. ī. ℣. debēt itereē nob.

Pro nobili/bus p̄sumť

liores. C. de nup. ꝛ ibi no. bal. ¶ Ad idē facit tex. in. l. tā de mēti. C. ō epi. au. ꝛ i. l. j. C. de hoꝛre. pu. li. x. vbi dī q̄ ī custodiēdis magnis reb⁹: adhibe ri dz custos nobil' prudēs ꝛ fideľ. Idē tz bal. in. l. ex diui. circa fi. C. locati. ¶ Vñ dicebat Jo. de pla. ī. d. l. j. p il/lū rectū q̄ in electiōe officiaľ ꝓsideranda ē nobilitas. Idē dicit archi. in. c. hec scripsim⁹. ī fi. xxx. di. Jo. an. ꝛ alij in. c. venerabil'. sup̄ de ꝑbē. ē bona gl. ī rubrica. C. quē admo. ciui. mu. ind. li. x. in autē. de defenso. ciui. §. iterū. ℣. nobiliorib⁹. coll. iij. ¶ Et ppē ℣ di rit āge. ibi post principiū. q̄ officia pu blica sūt dāda nobilib⁹ potius q̄ ple beis. ꝑ q̄ est rex. quē ipse nō allegat. ī l. honoꝛes. in prin. §. si is q̄. ff. de decu ri. vbi decurionū honoꝛib⁹ plebei fū/gi. phibēť. ¶ Ad idē tex. in autē. de ō fenso. ciui. in prin. §. j. ℣. ciuitatū ha/bitatoꝛes. col. iij. vbi. ꝓbať q̄ regimi na ciuitatū debēt eē penes nobiles q̄ ciuitatē inhabitāt. ꝛ ibi arguit ange. ꝓtra statuta florēcie excludētia nobi les a regimine ꝛ includētia plebeios ¶ Ad idē tex. ī. l. ad subeūda. C. eo. ꝛ in autē. vt oēs obediāt iudi. ꝓuin. circa prin. coll. v. ¶ Ad idē tex. ī auc. de defenso. ciui. §. j. coll. iij. vbi ꝓbať q̄ regimē ciuitat' dz eē apud nobiles nō apud mechanicos. ꝛ dicit ibi āge. eē ꝓtra statutū florēcie q̄. phibēť no biles assumi ad regimen ciuitat'. q̄ etiam firmat andreas siculus. consi/lio. 45. inſi. incipit. Scripsit preclaꝛe. in secunda parte. Dari ḡ debent officia publica nobilib⁹: marie ſfatis q̄b⁹ ꝛ nō alijs reipu. gubernatio com mittēda ē. vt ꝓbat tex. ꝛ ibi no. āge. de are. in ꝓhe. instit. in fīnalib⁹ verbis ad q̄s adducere potuisse. c. de m'ra. supra de ꝑbē. vbi nobiles ꝛ ſfati equi parātur in dispēsatiōib⁹ fiendis. Ad idē gl. i. l. societatez. ff. ꝓ socio. q̄ no. ibi Salic. vñ policratus. li. iij. dicit ī hec vba. Romanos imperatoꝛes ꝛ du/

Custodia

Electio offi cialis.

Pro ſfatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ces dū eoꝝ respu. viguit: nō memini fuisse illiteratos. ꝛ nescio qūo contigit ex quo in principib⁹ virtus lr̄a ꝛ armate milicie ifirmata est man⁹: ꝛ ipius principat⁹ est q̄si pcisa radix. Inde boeci⁹ i primo li. de psolatiōe. beatā appellat rēpu. cui princeps sapiēs dñat. ¶ Rō pdictoꝝ est qz vt paulo ante dicebā p nobilib⁹ psumēdū est. vt pz ex supradictis. ꝛ est bon⁹ tex. in l. pupill⁹. §. sed si p interpositā psonā ff. de aucto. tuto. vbi dicit q̄ si tutor nobilis palā p interpositā psonaz eo auctorante rē pupilli emat: nō presumit fraus facta. Sec⁹ si alius tutor ignobilis: nā tūc psumit facta fraus

Pro tutore nobili.

Contractus

¶ Contractus eni semp psumit factus in dubio secūdū conditionē psonarū vt dicit Bar. i. l. nemo. ff. de duo. re. ꝛ no. in. l. si prius. §. recte. ff. de aqua plu. ar. ¶ Et ex his iferr̄ q̄ pl⁹ creditur nobili q̄ plebeyo vt est tex. ꝛ ibi B no. glo. in. v. plebei⁹ in. l. iij. in pan. ff. de testi. Nā vt ibi dicit testes nobiliores pferūtur plebeis. Idē tz bar. i. l. j. xij. co. v. ex B seqtur. C. de digni ta. li. xij. ꝛ no. in. c. sup eo. supra de testi. per specu. de testi. §. j. circa prin. ibi q̄rto fallit. imo dicebat Bal. i. d. l. iij. q̄ plus credit vni nobili q̄ decē rusticis. ¶ Ex his etiā infert q̄ statē statuto q̄ q̄s debeat poni in carcere p delicto: si aliq̄s nobil⁹ venit carcerā d⁹: satisfactū erit statuto: si assignet sibi āplus loc⁹ puta palaciū ptātis vl̄ ciuitas tota. ita no. dixit āge. ō pusio in. l. qui in carcerē. ff. quod met⁹ cā. quē refert ꝛ seq̄t Jasō. i. l. admonēdi ff. de iureiu. lxxv. co. in fi. in repeti. ō quo est lex regni. vij. pti. ti. xxix. l. iij. in fi. ¶ Et ide est q̄ miles cui assignatus est curial⁹ custodiēd⁹ q̄dā nobil⁹ de mādato iudicis quē curialit⁹ tenebat ꝛ custodiebat credēs eū itegre opiniōs ꝛ fidei, put nobiles eē psueruīt: ꝛ put cōit estimabat: q̄ nobil⁹ postea fugā arripuit: nō tenebit mi-

Testis nobil⁹

Carcer nobilis.

Lex regni

custodia nobilis carcerati.

les q̄si male custodierit. ita no. dixit idē āge. l. si a bonefidei. ff. rei vēdica. p illū tex. q̄ dicit. si a bonefidei possessore fugit seru⁹: req̄rēdū est an talis fuerit vt custodiri debuerit. Nā si i tegre opiniōis erat vt non debuerit custodiri: absoluēd⁹ ē possessor. Usi sic dicebat āge. de nobili q̄ nō debuit custodiri vt plebe⁹. ꝛ refert sic accidisse incōtingētia facti. qō dictū tene mēti. Ferr̄ ꝛ seq̄t ādreas sicul⁹. i. c. vn. iij. co. supra de pmodato. ꝛ in. c. accedēs. ij. co. supra. vt lite nō pteste. ꝛ plilio. 62. icipit. Illud i mediū. iij. co. prima pte. ꝛ fracisc⁹ de curte i repet. l. admonēdi. ff. ō iureiu. char. 17 i fi. ꝛ ibi Jason. lxxv. co. i fi. in repeti. ꝛ in auc. iubem⁹. fi. co. C. de iudicijs.

¶ Idē dicas in custode carceris. qui aliū substituit vt firmat paris de puteo. in tractatu sindicat⁹. i. v. carcer. c. 13 dicat. ¶ Credere eni viro nobili si est culpa. vt volunt glo. sing. in. l. ticio fund⁹. ff. de pdi. ꝛ demōst. q̄ ad B mt tū pmēdat bal. in. l. indicia. pe. co. C de rei vendi. ꝛ ange. in. l. ij. ff. de eo p quē fac. erit. ¶ Ex his etiā inferri pt ad illud q̄ notāter tradit Jo. an. in addi. ad spec. ti. de loca. vbi dicit q̄ si alicui militi data est custodia alicuius castri, p certa mercede: ꝛ iste miles cōmisit custodiā hui⁹ castri alicui nobili: de mde illud castrū ab hostib⁹ captū fuit: nō tenebit miles dño castri qz ex q̄ pfidit de nobili ꝛ ei credidit: nō fuit i culpa. vt supra dictū est. Ita in pringētia facti fuit decisū vt refert Jo. an. vbi supra in quo dubio psulu it oldra. p°. 94. ꝛ vide lod. p°. 394. incipiēti. oportētis ꝛc. vt res clarior.

¶ Et p ista dicebat āge. i. d. l. si a bōe fidei q̄ si tutor vl̄ curator ēposuit pecūias minor⁹ apud cāpsorē: ad cui⁹ fidē cōit currebat: pditis pecuniis p fugā vl̄ cassationē dicti cāpsoris: nō tenebit tutor ar. illi⁹ tex. optie facit l. pignus. C. de pigno. actio. ꝛ ibi no.

Custos carceris

Credere nobili nō ē culpa

Pro castellanus.

No. p tutor

ange. ꝛ ē casus. in. l. si res pupillaris. ff. de admi. tu. secūdum euz, quod tene mēti: quia quotidianū. sine culpa est eniz tutor si confidit de eo ō quo cōiter in casibus similibus confidebatur. de quo vide infra super tex. i. vj. no. viij. co. vbi multa addo. ¶ Intelige tamen predicta nisi ille nobilis alia vice fuisset carceratus ꝛ fugisset: quia tunc diligentius foret carcerandus ꝛ custodiendus. vt est glo. bal. ꝛ lodo. i. l. cornelia. ff. ad sillama. gl. i. l. j. ¶ Ō seruus fugi. ꝛ in. l. si vt certo §. interdum. ff. cōmodati. scōm franciscum de curte. in. d l. admonendi. xvij. charta in fi. de quo latius p modernos in tractatu maleficioꝝ. i pte fama publica. lij. co. ver. iij. notādū. ꝛ in parte pro quibus antonius fide iussit. ij. co. ¶ Ex his oībus satis apparet q̄ pro nobilibus presumendū est in his que tangunt nobilitatem ꝛ per consequens non est mirandum si in casu dubio presumamus q̄ sponsus vel maritus nobilis mittēs vel cōcedens aliquid sponse vel vxori: hoc faciat aīo donandi. vt dicebat Bal. in dicto. c. iuraut. maxime si cum nobilitate cōcurrant diuitie. vt dicebat glo. singularis. in dicta. l. vxori. de legatis. ij. de qua supra facta est mentio. ¶ Quīmo sole diuitie videntur sufficere ad causandaz ista presūptionē. vt est glo. menti tenenda in. l. sed si ego. in fi. ff. ad velleia. q̄ multū cōmēdat Bal. in. l. j. in fi. C. eo. ¶ Ad de q̄ licut rōne nobilitatis spōsi vel maritj presumit animo donādi i his q̄ cōcessit vel misit spōse vel vxori: sic etiam rōne nobilitatis spōse vl̄ vxoris Uñ si spōsus vel maritus ignobil⁹ vl̄ plebe⁹ dixit vxorē nobilē: ꝛ cōfessus est se recepisse dotem ab ea: seu alia iocalia vel munera sibi misit vel tradidit: in dubio presumendū ē q̄ aīo donandi hoc fecerit rōne nobilitatis ipsius spōse vel vxoris vt statiz subiu-

Limitatio De carcerato semel fugiente.

Conclusio.

De diuite

De donatario nobili.

ciā. ¶ Quis aūt dicat nobilis: vide doctores i. c. venerabil⁹. supra de pbē. ꝛ in. c. j. de dona. ꝛ in. c. grādi de supplē. negli. pla. li. vj. marie p coletū i sua repeti. Bar. ꝛ alios in. l. j. C. de digni. li. xij. fe li. in. c. sup eo. el. ij. sup de testi. ꝛ andreā siculū. i. c. accedēs. ij. co. supra vt lite si pte. qui allegat tex. in. l. nobiliores. C. de cōmer. ꝛ mercato. Et videas etiā latissime ꝛ melio⁹ q̄ p aliū per bartholomeū cepolā i suo tractatu ō re militari. vbi q̄ plures opiniones recitat. vide etiam. l. regni. ij. pti. ti. xj. l. ij.

Quis dicat nobilis:

Lex regni

¶ Cessante autem nobilitate in altero cōiugū: siq̄dē spōsa fecit aliquā donationē spōso: vt vxor marito: deinde spōsus vel marit⁹ aliq̄s vestes iocalia/seu ornamēta misit vel pcessit spōse vel vxori: psumit facta cā remuneratiōis: ꝛ p pōs inducit donatio. ar. tex. in. l. si vo nō remunerādi. §. idē opinian⁹. ff. mādati. q̄ q̄dē donatio cū sit reciproca valida ē. vt. l. qō ār. §. si vir ꝛ vxor. ff. isto ti. ita tz lod. ro. i. d. 9°. 46. fi. co. icipit in xpi ꝛc. ista qō. ¶ Et hic ē q̄ si plebei⁹ vl̄ senex duxit vxorē nobilē vel iuuenē ꝛ pfessus ē se recepisse dotez ab ea/vl̄ aliqua iocalia seu munera sibi misit: in dubio psumēdū est q̄ aīo donādi B fecit. qz mulier nobil⁹ vel iuuenis ppt̄ suā nobilitatē nubēdo plebeio seu ignobili vel seni: videt ei mun⁹ facere: nō pfessio maritj vl̄ pcessio rerū in dubio dz psumi facta aīo donādi vel remunerādi. ar. d. §. idē papinian⁹. ita no. sentit Bar. i. l. si volun tate. C. ō dotj. pmi. tenet expsse bal. i. l. j. C. de dona. ātē nup. qō seq̄t alexāder i. l. si divortio i finalib⁹ vbis. ff. de vb. obli. ꝛ bartholome⁹ soci. i. l. j. xv. co. ff. so. ma. i. v. sz pleriqz moderniores. ꝛ anto. cors: in repetitōe. d. c. grādi. ō sup. neg. pte. li. vj. vj. charta ij. colum. in fi. ꝛ Bal. nouell⁹ in tra

qñ senex ducit vxorē iuuenez: vl̄ plebeus nobilē

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctatu ō dote. x. parte in principio. vj. co. quē rogo videas. franciscus curcius consilio. 54. iij. co. incipit super duobus. quāuis Li. Bal. z lodo. ro. teneāt ꝓrarīū in. d. l. si diuorcio per rōnes non multū vigentes quas referre non curo.

Quando dona sūt vilia z quotidiana

¶ Predicta tamen sūt intelligenda: qñ vestes iocalia z alia ornamenta sponse vel vxori concessa seu transmissa erant preciosa festiua lia z magni valoris. Nam in istis in dubio non cadit presūptio donationis: sed magis videnť cōmodata ad vsum vt sponsa vel vxor ornatior incedat. vt. d. l. mortis sue causa in prī. ff. isto ti. cum aliis iuribus ō quibus supra: que sic debent intelligi. Secº tamē cēt de vestibus z aliis iocalibº vel ornamētis vilibus. Nam illa pīsumūtur donata: z statim efficiūť multeris vt sentit glo. singularī cōiter approbata in. l. cum quid. verbo. ꝑ cauto. ff. si certū peta. q̄ dicit ꝙ si dixi alicui tolle pecuniā z pecūia erat i puaꝙtitate: videor illā donasse. ¶ Pro qua glo. allego tex. optimū. in. c. z si qōnes. in. r. de simo. l. cūdū abb. bi in tercio. no. vbi ad presumēdū ꝙ donū sit gratuitum cōsiderať quātitas muneris. Nā de facili non presumiť quis libere cōferre ea que sūt magni precij. parua aūt sic. Idē videtur dicendū in casu nostro ꝙ res parue seu parue quantitatis presumātur donate a sponso vel marito. Hoc expresse in terminis nostris voluit gl. no. q̄m tenet menti z nō solet allegari ad hoc in. l. si filius tui. in glo. ij. in fi. C. isto ti. que dicit ꝙ in hijs q̄ vir concedit vxori emendo suo noīe vel alias: attenditur quantitas precij seu valoris ipsi⁹ rei concesse z diuiciaꝫ concedentis. quasi dicat ꝙ res parvas seu parue quātitatis videtur donare. magnas aūt seu magni valoris nō. quā gl. ad hoc multum cōmendat pau. de cast. i. d. l. cū quid. ff. co. z consilio. 477. j. co. incipit viso casu in scō volumie Pro qua videtur mi optimus tex.. in l. verū negociū. ff. isto ti. z in. l. oīno. z l. pe. ff. de impen. in re. dota. fact. vbi dicit ꝙ si maritus paruas fecit expēsas in re dotali: in dubio videtur illas donare: magnas aūt nō. ¶ Ad idem tex. in. l. si id quod. §. si quas operas ff. isto titu. vbi paruas operas quas serui viri fecerūt vxori: videtur maritus vxori donasse: quia nō ita amare intelligitur ꝓhibitio donationis inter coniuges: tanquā inter infestos. Sed quasi iter cōiūctos maxime affectu: z solā inopiam timentes. vt ibi dicitur. z iō si maritº solvit vectigal vl' aliud tributū pro vxore itinerāte: videť sibi donare. vt. l. si quis ꝑ vxore. ff. isto ti. idem si maritus concessit vxori annuū modicū vt. l. ex ānuo eo. ti. ¶ Bene facit ad hoc tex. z qō ibi notatur in. l. in rebus. §. possunt. ff. cōmodati. z in. l. qō in vxorē. C. ō negō. gestis. ¶ Ex his īfertur. ꝙ si maritus concessit vxori vestes viles seu necessarias ad vsum quotidianū: statim efficiūtur vxoris. z per cōsequēs ea mortua pertinēt ad suos heredes Sed vestes preciose non videnť donate: imo semp remanēt viri: z ad eū vel suos heredes pertinent. ita sentit glo. singularis in. l. si vsufructus. §. dos. in glo. fi. ff. ad. l. falci. q̄ multum cōmendat ibi bar. quē alij sequūtur. ¶ Hoc idem voluit Bar. per illum tex. in. d. l. ex ānuo. ff. isto ti. z ī. l. pe. §. seruus. ij. co. ff. so. ma. dicēs se pluries consuluisse ꝙ vestes quotidiane date vxori sint vxoris: preciose z festiue heredis viri. ¶ Et hanc opinionē sequūtur ibi Bal. ange. pau. de cast. z cōiter oēs. z Bal. in. l. cum te. in fi. C. de dona. ante nup. z Salice. in. l. sicut. C. isto ti. z in. l. ex annuo. z in. l. si mulier. §. si vxor. ff. eo. Jo. de imo.

Hodie tñ ō consuetudine nō fiūt iste donatiōes ppt nuptias. vt dicit gl. in auc. equalitas. C. ō pactis cōuētis sup dote. sz illud pcedit vbi psuetudo est inuiolabilit obseruata p tiñ tēpus cui⁹ cōtrarij memoria nō existit: ita qp esset legitime pscripta. In aliis ār locis obseruabit ius cōe. ita dicit bal. in auc. dos data. C. de dona. añ nup. z abb. i. c. fi. ifra eo. fi. co. z satis m̄ placet. qz lz glo. pdicta dixerit qp ō cōsuetudine nō fiunt iste donatiōes: z doctori illustri dicēti fore cōsuetudinez dz credi z eius dicto stari. vt tradit bar. in.l.ō qb⁹. xv. co. ff. de legib⁹. i repeti. quāuis ad ō corrupte allegef gl. in.l. dos a patre. C. so. ma. dz tamē intelligi de cōsuetudine illius fori seu curie vbi doctor vsat qz sibi credit tāquā perito: nō tñ credit ei de vna cōsuetudine extranei fori. qz nō psumit sciuisse cōsuetudines aliarū curiarz: qz psumit eas ignorar qz sunt facti z in facto cōsistūt z princeps etiā: qui est dīs sui principatus illas psumit ignorare. vt in.c.j. ō consti. li. vj. qlibet enī ciuitas abūdat suo sensu. lxxxvj. dist. vtinā. z quilibet popul⁹ hz suā obseruātiā z suos mores vt.l. oēs populi. ff. de iusti. z iure. z pterea cōsuetudo nō extēdit ad alias personas qp in quibus est qd actū. vt. c. oīa. xij. di. z. c. catholicā. xj. dist. in fi. Uñ nō preiudicat iurib⁹ singulariuz psonarū: nisi his qui tacite vel exp̄sse cōsenserūt. Inno. in. c. j. de cōsue. z se quit ange. o°. 93. z in. l. venditor. §. si cōstat. ff. cōta predio. de quo etiā per Inno. in. c. dilecto. de offi. archi. i gl. magna. z in. c. dilect⁹. ō cape. mona. per cygnum. in. l. j. in fi. C. de eman. li. per bar. in. l. j. §. ex hoc iure. ff. de itine. actuq3 prima. z in. l. j. C. que sit lōga consue. z in. d. l. de quibus. glo. in. c. cum contingat. de decimis. Et ob hoc dicebat idem bar. in. d. l. de q̄ bus in repetitione. xvj. co. v. ij. probatur. qp si dubitatur de consuetudine: iudex vocabit ad se aduocatos z procuratores palacij z explorabit de cōsuetudine: non aūt extraneos aliaz prouinciarum: quia que domi fiunt probañ per domesticos illi⁹ dom⁹ z nō per extraneos. l. cōsensu. C. de repudijs. z que fiūt in collegio probañ per illos de collegio. vt. c. veniens. de testibus. Imo plus dicebat Bar. in. d. l. de quibus. in repetitione. xvij. co. qp ad hoc vt forēis possit deponere z testificari de aliq̄ consuetudine ciuitatis: requiritur qp ipe forensis tātam morā contraxerit in illa ciuitate qp verisimiliter ōberet scire ar. l. ij. C. vbi de cri. agi opor. Unde ad ppositū accursius glosator: q̄ dicit has donatiōes ppt nuptias nō fieri de cōsuetudine: dz itelligi i ptib⁹ vbi accursi⁹ degebat. nō aūt generalit in oīb⁹ pticulis. vñ recte dixerūt Bal. z abb. ¶Unū tñ nō omitto qp i loc⁹ in quib⁹ tales donatiōes fieri nō cōsueuerūt: qp vir eas facere nō teneañ vt supra dictū est: tenebit tñ obligare se z bona sua (si hz) p dote cōseruāda z restituēda. Si aūt vir nō habeat bona ei⁹ pt teneañ obligare se z bona sua pro conseruanda z restituenda dote nurus in casu restitutionis dotis. ita tenet Dinus in. l. si cū dotem. §. transigrediamur. ff. soluto matri. quez sequuntur ibi Bar. Jo. de imo. Pau. z alij. z idem Paulus consilio. 176. incipit proponitur in facto. z Angelus. de aretio. in. §. fuerat institu. de actio. versi. quero an pater. charta. 22. mouētur ipsi quia

Doctori dicēti fore psuetudinē debet credi.

Ubi iste donationes nō fiūt qualit p dote mulieri consulitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut maritus tenetur ad huiusmodi donationes propter nuptias:ita ꝛ pater mariti vt.l.fi.C.de dotis promi. nam sicut naturali ratione pater tenetur dotare filiam.vt.l.liberos.ff.ō ritu nup.pari rōne tenetur pro filio facere donationē propter nup'.in locis in quibus tales donationes fieri consueuerūt. In alijs autem locis:in quibus non consueuerunt fieri: tenebit̄ bona sua obligare ꝓ dote nurus ꝓseruāda ꝛ restituēda.nec est ō ꝟ mirandum nam sicut pater tenetur obligare bona sua fauore tutele per filium administrande.vt.l.fi.ff.de suspectis tu.multo fortius tenebitur fauore matrimonij contrahendi. ¶ Et ꝓcedit hoc non solum in patre fideli. sed etiam in patre iudeo vel sarraceno.nam isti tenentur alere filios ꝛ filias dotare: ꝛ pro filijs donationem propter nuptias facere.vt est textus no.in.l.cognoumus.C.de hereticis quem ad hoc multum cōmendat ange.de aretio in.d.§.fuerat añ.insti.ō actio.reputans hoc multum notandum:qui dicit se habuisse de facto. ꝛ sequitur ibi Jason.xxxvj.co.ver.aduerte tamen. qui addit pro hoc glo. singularem amplius volentem in.l. mater.C. de iure dotium.nam licet regulariter mater non teneatur dotare filiā:qz nō est officiū maternū filias dotare.vt ibi est tex.ꝛ in.l.fi. eo. ti.tñ si mater eēt hereticaꝛ filia catholica:dicit illa gl.ꝙ mater teneꝫ eā dotare:ꝙuis al's nō sit ei⁹ officium.ꝛ idē dicit ibi Bal.esse in matre iudea ꝙ si filia efficit x̄piana:mat̄ teneꝫ eaz dotare. Idē dicit lex regni.iij.pti.ti. ij.l.ix.in prin.de quo latius per ey.in d.l.mater.ꝛ in auc.gazaros.C. ō hereti.ꝛ spe.ti. qui filij sunt legi.§.j. ꝟ. quid si pater ꝛc. ¶ Uis ergo casib⁹ quib⁹ pater ꝛ mater iudei vel infideles tenētur dotare filios christianos: tenentur etiam constituere donationem propter nup. filijs volentibus matrimonū contrahere vt ex predictis apparet.ꝛ tenet bal. i auc. res q̄ in fi.C.cōmunia de lega. dicens ꝙ si legitima non sufficit filijs iudeoꝝ ad dotem vel donationē ꝓpter nup.pñt filij diminuere fideicōmissuz pro mō pſonaꝝ honestati cōdignū. ¶ Et ad inducēdā istā obligationē non est necessarium ꝙ interueniat obligatio exp̄ssa:sed satis est ꝙ pater simplicit cōsentiat in cōtractu matrimonij filij: quoniaz ex isto consensu pater remanet obligatus in solidum pro dote cō seruanda ꝛ restituenda vt probaꝫ in d.l.si cum dotē.§.trāsgrediamur.ff. so.ma. vbi hoc tenēt Bar. bal. ang. Jo.de imo.rapha.pau.ō cast.ꝛ alex. ꝛ cōiter omnes. tenent etiam bar. ꝛ bal.in.l.j.C. de decurl.li.x. de quo p cy.ꝛ Bal.in.l.j.C.qō cum eo. Idez tenet ange.de aretio.in. d.§. fuerat añ. charta.22.i fi.ꝟ.quero an eo ipo ꝛ facit glo.in.l.assiduis.C. qui po.in pig.habe.in glo.magna in versi.item quero an priuilegia.tenet etiā specu lator.ti.ō dote post diuortiū restī. §. fozmaſ.iij.co.ꝟ.q̄d si filius.vbi dicit ꝙ si filiusfa.recepit dotē de volūtate ꝛ parabola patris: bona patris sunt obligata ꝓ dote.vt.d.§. trāsgrediamur.ꝛ.l.vnica,§.ꝛ vt plen⁹.C.ō rei vxorie actiōe.ꝛ facit tex.i.l.si fili⁹. ff. de tutelis.ꝛ in.l.fi.ff.de suspect̄ tutoribꝰ.ꝛ in.l.si iter.§.imperator. ff. de excu.tuto. ¶ Ampliabis ō etiā si pr̄ simplicit cōsentiēs mīmomo filij cō sentiret cum protestatiōe ꝙ nolebat bona sua eē obligata ꝓ dote tradita filio.nā si obstāte talip̄testatiōe erūt obligata: ꝛ poterit mulier ageꝛ hypothecaria ad bona ip̄i⁹ soceri:quēadmodū bōa ip̄i⁹ filij erūt tacite obligata pro ipsa dote: non obstante quacunqz protestatione ab eo facta ꝙ si vult bona sua esse obligata. Istud est nouum ꝛ singulare dictum Jasonis

2. Ampliatio Etiā si nō interueniat obligatio exp̄ssa

3. Ampliatio Etiā si ꝓsentiēdo mīmomo protestetur se nolle sua bōa obligare.

Ad ꝓ ifidēli

Mater infidel' teneꝫ dotare filiā fidelem.

Lex regni.

Ubi quis teneꝫ ad aliq̄d ꝓstatio cōtraria nō releuat.

m.d.§.fuerat ante.xxxv.co. quia ab hijs ad que quis tenetur de necessitate:protestatio nihil releuat protestantem.nisi etiam interueniat cōsensus illius contra quē fit protestatio. ꝛ hoc quādo obligatio esset iam contracta ꝛ sic esset de ꝓterito:secus si ō futuro.in.l.alimēta.ꝛ ibi gl. no. bar. ꝛ alij moderin.C.de nego.gestis. ꝛ ē theorica bar.in.l.non solū.§.morte. ff.de o.no.nūci.in.vij.co.ver. ſz q̄ro an etiā patris cōsensus requiratur. Idez bar in.l.fi. §.item si pdixerit. ff.nau.ca.sta. Bal.ang. ꝛ alij moderni in.l.pacta nouissima.C.de pactis. doctores nostri in.c.cum.m.supra de consti. ¶ Et ita cum pater teneatur se obligare pro dote tradita filio vt supra dictū est. ergo ꝓstatiō ipsius patris que cōtrarium cōmeret: nihil debet operari ꝛ nihil prodest patri.maxime cum hoc sit a iure determinatum ꝙ pater teneatur se obligare pro filio pro conseruanda ꝛ restituenda dote nurus filio tradita vt supra dixi.protestatio ergo in cōtrariū nihil debet operari nec releuare protestantē vt dicit bar.post glo.in.d.l.alimēta.ꝛ i.d.l.nō solū §.morte.ij.co. ꝟ.circa quintū.ꝛ in.l.nensemi⁹ apollinarius iulio paulo.in.j.no. ꝛ ibi ang. ff.de neg.gestis.ꝛ hoc dictū Jasonis alibi non legi.tene illud menti,ꝓ ampliatione predictorum. ¶ Si tñ pat nō habet velle nec nolle ad cōsentiēduz matrimomo filij:puta quia erat furiosus vl'mente captus tūc pinde est ac si se obligasset. ita tenet exp̄sse pau.ō castro in.d. §. trasgrediamur in fi.mor.ar.tex.in.l.si furiosa.§.elegantes.ff.de dam.infec.ꝛ in.l.ij.C.ō cuic.ꝛ refert se ita dixisse in contingētia facti.quod dictum videtur satis rationabile pro quo bene facit tex. ꝛ quod ibi no. Bar.in.l.ij.§.fi.ff.solu. ma.sed non placet alexandro i. d.§. transgrediamur.in.iij.co.ver. iuxta predicta. Imo dicit ꝙ plurimū errauit pau.quia licet pater sit mente captus:non tamen obligatur nisi filius vel filia vel alius eius nomine petat dari curatorem socero seu patri mēte capto qui se obliget ꝓ dote per.l.j. ꝛ.l.admone eaz.C. qui pe.tuto.q̄ ratio cessat in.d.§.eleganter.nec aliq̄d facit.d.l.ij.scōm verum intellectum. itaqz semper requiritur cōsensus patris in matrimomo filij: vel alterius eius nomine quando est furiosus vel mente captus. ¶ Predicta sunt plana quando matrimonū per filiū cōtractum fuit validū.secus si esset nullum propter consanguinitatez vel affinitatē vel aliud impedimentum.nam tunc etiam si pater consentiat vt' alius pro eo:non erit pater obligatus pro dote data filio vt' promissa conseruanda aut restituēda. ita tenet lodo.romanus in.d.§.transgrediamur.ꝛ refert ꝛ sequitur alexan.in ij.colū.mouentur ipsi argu.tex. in simili.in.l.j.C.de mune.ꝛ hono. lib.x. vbi dicitur ꝙ licet pater regulariter teneatur ꝛ astringatur tanquam fideiussor pro filio assumente officium publicuz: nisi ipse pater contradicat vt.l.ij.in princi. ff. ad munici. tradit latissime Jo.de pla.in.l.j.C. ō decu. li.x. Illud tamen procedit in filio maiori viginti quinqz annis. secus tamen est in minori. vt dicta.l.j.C.de muneri.ꝛ honori. quia cum ante vigesimum quintum annum quis non possit eē decurio nec admittatur ad honores publicos.vt.l.ad rem publicam.ff.de mune.ꝛ hono. ꝛ ideo licet pater mandauerit ꝛ consenserit tacite vel expresse filium infantem creari decurionem;tamen hoc mandatum ꝛ consensus habet in se tacitam conditionem si de iure fieri potest vt tūc pater obligetur vt vult glo.in.l.j.C. de filiofam. ꝛ quemadmodum pater.li.decimo. Unde sic videtur dicen

4. Amplia tio. Etiā si pr̄ nō habeat velle nec nolle.

1. Fallentia: Q̄n mīmomū fuit nullum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dū in casu nr̄o: vt pr̄ sit obligat⁹ quā do mr̄imoniū valiat nō alias. Et p̄t esse rō qz in generali mādato vel consensu pr̄is: veniūt z mādata itelligūt solū ea q̄ de iure fieri p̄nt. z ad alia q̄ de iure fieri nō p̄nt nō obligatur mādans. vt ꝓbat. in.d.l.j. C. de mune. z hono. z in.l.luciꝰ. §. p infante. ff. ad muncipa. z facit tex. in.l. nepos. pcu/lo. ff. de vb. sig. z in.l. si procurator. v. q̄ si indebitū. ff. de cōdi. inde. ¶ Scdo itelligo z limito p̄dicta in filiofa. secꝰ est in filio emācipato. Mā lz pr̄ consentiat eiꝰ mr̄imonio vel dotē iussu vl cōsensu pr̄is filiꝰ recepisset: nō p̄ b̄ pat esset obligatꝰ dotē cōseruare z restituere. ita lz spe. ti. ō dote post diuortiū restituēda. §. formatis. in. co. v. lz pone filiꝰ emācipatꝰ. allegat ad b̄ textū in.l.j. C. de filiofa. z quēadmodū pr̄ li. r. vbi dr̄ q̄ pr̄ consentiēs q̄ filiꝰ emācipatꝰ. promoueat ad decurionatū: nō obligat. p eo. Necꝰ si filiꝰ est in ptāte. vñ sic dicit ipse erit in nr̄o casu. qō tñ intelligit spe. nisi ipse affirmasz filiū esse in sua ptāte. naz tūc bñ teneret. p filio. vt. ff. de dolo. l. eleganter. §. fi. z ff. q̄ cū fal. tuto. l. nouissime. B ñ facit ad hoc qō in simili dixit spe. ti. de resti. i inte. §. quis aūt z qñ. co. vj. v. sed qualiter agit. z ibi etiaz bal. in ad di. vbi volūt q̄ qui iurauit se maiorē in cōtractu debet reputari maior in iudicio qō inde sequit. vñ debet p se tanquā maior litigare nō cuz curatore. vt id qō in principali z in accessorio obseruet. qō dictuz est multū notandū. Qd idē facit q̄ voluit idē spe cu. ō emp. z vendi. §. nūc dicendū restat. j. co. in fi. v. hoc etiam scias. vbi dixit q̄ si adultus contrahit mecū sine curatore, z iurat non cōtrauenire rōne minoris etatis. z ignorabā ipm curatorem habere: ipse vero sciebat sed me non certificauit vel fuit interrogatꝰ vtrū haberet curatorē: z cum haberet: dixit se non habere: non sub

2. Fallentia. Mñi filiꝰ erat emācipatus.

Assertio fraudulenta dat remediū

uenietur ei ꝓpter dolum cōmissū. ar. ff. de minō. l. si ex causa. §. in cōmissū. z. C. si minor se maiorē dixerit. l. j. z per totū. z ideo cautum est dicere in cōtractu. talis minor. xxv. annis asserēs se nullū curatorez habere promisit tali tc. z iurauit non contrauenire rōne minoris etatis tc. qō dictū etiā est satis singulare. ¶ Qd idem facit tex. no. i. l. pe. ff. de iure do. vbi dicit q̄ si socer induxit generū ad contrahendū matrimoniuz cum filia. p̄mittens sibi magnaz dotē: q̄ ipse sciebat se nō posse soluere: z dicebat se habere bona ex quibus soluere potuisset. tūc cōuenietur vltra q̄ facere posset: vt ibi est tex. valde singularis. Idem dicendū est in patre mariti recipiēte dotem sciens se nō esse soluēdo. Maz eodez mō ꝓ dote restituēda in casu restitutiōis dotis cōuenit vltra q̄ facere posset: vt no. volut bar. in.l. alia §. elegāter. i fi. ff. so. ma. ō q̄ latiꝰ p cāpetiuz. i suo tractatu. ō dote. iij. pte. q. ccl. ¶ Et ꝓpterea dicebat pau. de cast. i.l. etiā. §. j. ff. so. ma. q̄ si ōbitor tpe debiti cōtracti nō esset soluēdo z tñ dolo asserēs se eē ydoneū induxit creditorē suū ad cōtrahēdū secū: isto casu poterit capi a creditore. dato q̄ ꝓditiōez suā ñ deteriorauit. p. d. l. pe. ō q̄ dicto meminit Jasō. isti. ō actio. i pūn. xx. co. Sic ergo vr̄ dicēdū i casu nr̄o in pr̄e qui dixit se habere filiū in potestate cū ñ haberet. ¶ Nec tñ distinctio spec. nō placet paulo ō cast. i d. §. trāsgrediamur. Imo dicit ipse q̄ b̄ casu pr̄ teneret etiā p filio emācipato ñ actiōe q̄ iussu. qz illa nō dat nisi qñ ē i ptāte filiꝰ. sz actōe mādati. p textū cū gl. in.l. ij. in fi. ff. q̄ iussu. z hoc placet alex. in. d. §. transgrediamur. l. ij. co. qz cū pater eodē modo teneat obligare se ꝓ dote data filio emācipato. sicut ꝓ filiofa. vt ꝓbat ex doctna Bar. in. d. §. trāsgrediamur. iūcta. l. fi. C. de dotis ꝓmi. q̄ ipse allegat. q̄

Cautela ꝓ otrahēte cuz minore.

Fundamēta cōtraria.

So. ad ꝓtrarium.

etiam loquitur in filijs emancipatis ideo videtur q̄ simplex consensus patris isto casu obliget per rōnez dicte legis. si filius. ff. de tutellis. ¶ Nec obstat. l.j. C. de filiofa. super qua se fundat specu. quia ibi pater non poterat cogi se obligare ꝓ filio creato decurione. vt. d. l. honores. in fi. ff. ō decurio. z. l. ij. ff. ad muncipa. sed i casu nostro poterat cogi pater etiā ꝓ filio emancipato. vt supra dictuz est: ergo per consequens pater remanet obligatus ex simplici consensu. ¶ Et hoc mihi satis placet. maxime q̄ supposito sine veritatis prejudicio q̄ dictū specu. esset verum z q̄ pater non teneret se obligare ꝓ filio emancipato: exquo tñ consensit filio mr̄imonū cōtrahenti: tacite videt se obligare ꝓ eo. Video enim q̄ pater nō tenetur se obligare. p filio qui efficitur decurio. vt. d. l. honores. i fi. z. d. l. ij. circa fmē. ff. ad munici. Si tñ ꝓsentit obligat pr̄ insolidū tāquā fideiussor. vt est tex. cū gl. in. d. l. ij. circa fi. ff. ad munici. ¶ Et per b̄ videt mihi dubia ōcisio doctorz. i. d. §. trāsgrediamur. dū dicūt q̄ vbi pr̄ non cogit ꝓsentire nec se obligat. p filio: tūc li simplr cōsentiat: obligat tñ quo ad vires peculij. p. l. luciꝰ ticiꝰ gayū. ff. de admi. tuto. vbi dicit q̄ si pr̄ ꝓsentit q̄ filiuꝰ det tutor obligat. p eo q̄ ad vires peculij: Nisi saluādo dicas q̄ illō ꝓcedit in actu publico auctoritate z priuato vtilitate: put est tutella. vt. l. athlete ff. de excusa. tuto. z. §. excusāt. ilti. co. z ita loqt̄. d. l. luciꝰ. secꝰ tñ i officio vl actu publico auctoritate z vtilitate. p ut est decurionatus z filia. z sic loquitur dicta. l. ij. ff. ad munici. Hec concordia fuit de mente bar. in. d. l. j. C. de ōcurio. li. x. z reassumit alex. in. d. §. transgrediamur. in. iij. co. z satis mihi placet.

§. Ampliatio

¶ Si autem pater no lit ꝓsentire mr̄imonio filij: poterit ad b̄ p iudicē cogi. vt tradit i. d. §. transgrediamur. dicebat tñ pau. ō cast. ibi q̄ solꝰ filiꝰ poterit b̄ petet ꝓtra pr̄ez ploz ādo officiū iudicis vt ꝓdictōe ex lege. Nurꝰ āt ñ potuisz b̄ petet ꝓtra socerū cū tūc nulla obligatio sit cū illa sicut est cū filio. z prima frōte b̄ dictū videt satis equū. Mā sicut nurꝰ ñ pt petere a socero q̄ sibi faciat donationē ꝓpt nuptias. isz soli filio b̄ cōcedit. vt tradit. in. d. l. fi. C. ō dot. ꝓmi. sic etiā soli filio videt ꝓcedēdū q̄ possit petere a pr̄e hāc obligationē: q̄ loco eiꝰ succedit. Sz b̄ nō videt mihi sine dubio: qz fūdamētū ꝓcipuuz sup q̄ se fūdat bar. z alij q̄ tenēt q̄ pr̄ tenetur facere dictā obligationē est tex. i. d. l. fi. ff. de suspec. tuto. vbi principaliter fauor pupilli z p suo itereē futuro cogit pr̄ se obligare ꝓ filio tutore. z sic pupilluꝰ vl aliꝰ ei noīe poterit apō iudicē istare sup b̄. z tñ pupilluꝰ nōdū hz obligationē cōtra pr̄ez tutoris: ergo eodē mō mulier futura nurꝰ poterit b̄ petere ꝓtra pr̄ez viri. p suo itereē futuro z p securitate sue dotis. z ita vr̄ ñ q̄ b̄ possit petere añ mr̄imoniuz z melꝰ post. cū tā vsuē suū itereē ō presenti. vt ē gl. i auc. dos data. C. ō donā. añ nup. q̄ dicit q̄ si ꝓstituta nō fuit donatio ꝓpt nuptias poterit petere ꝓstāte mr̄imonio: vt ꝓstituat ꝓdictōe ex lege. Idē tz azo. i sūma. ti. de donatio. añ np. i. §. qd aūt. si nulla. z hosti. i sūma. ti. ō dona. ꝓpt nup. §. q̄ actōe. Et b̄ satis est rōnabile. nā si vir ꝓstituit donationē ꝓpt nup. z vxor ñ dedit dotē: cogit vxor dotē ꝓstituere ꝓstāte mr̄imonio. vt ē gl. i auc. ō eqlita. do. §. b̄ igit. q̄ incipit. an idez. colla. viij. g̃ eodē mō vir vl pr̄ eiꝰ cogeret ꝓstituere donationē ꝓpt nuptias. Quimo secūdū aliquos ius cōstituit hāc donationē. vt dicit glo. in. d. auc. dos data: q̄ opinionē. tz ibi cygnus. post martinū z iac. ō raue. Et hāc ptem

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequitur ibi odofre. dicens hanc que stionē fuisse de facto bononie z se fuisse aduocatum ex parte mulieris. z do. Jaco. Bal. ex parte viri. z pronūciatum fuit pro muliere. z hos refert z cum eis transire videt albricus de rosatis. in. d. auct. dos data. Ex quo videtur inferēdum scōm eum q̄ si pater recepit dotem: filius possit prędeducere tantus pro donatiōe propter nuptias in diuisione fienda cū fratribus. qr ius constituit donationem ꝓpter nuptias. ¶ Si aūt pater ad mādatum iudicis nolit istam obligationem facere: poterit iudex ad petitionem filij vel nurus etiā ex officio suo eum cogere per impositionez mulcte vl̄ per captionē pignoz. z per alia remedia que dantur cōtra cōtumaces de quibus per bar. z alios in. l.j. ff. si quis ius di. nō obtempe. ī. §. z in .l. magistratibus. ff. iurisd. om. iu. vl̄ pt eum bannire ꝓpter suam mobedientiam scōm bar. in. l. illicitas. §. j. ff. de offi. presi. z Bal. ī. l.j. C. ne sine iussu prin. quia bannum equiparatur multe. vt est gl. no. in. l.j. §. ex hoc rescripto. ff. de ventre inspi. z in. l. ij. §. ergo. ff. ō suspectis tuto. ¶ Et si adhuc ista remedia non sufficiāt poterit pater carcerari z in carceribus detineri donec faciat dictam obligationez. qr ista est obligatio legalis. vt apparet ex predictis. rōne cuius pōt quis precise compelli ad factuz. per id qō habetur. in. l. stipulatio. §. siue autē. ff. de no. ope. nuncia. z per bar. ī. l. stipulationes non diuidunt. ī. viij. q. ff. de ver. ob. z facit qō habetur. in. l. ij. §. tutores qui. ff. de suspectis tuto.

6. Ampliatō Si pr̄ spretis oib⁹ r̄medijs nō vult facer̄ dictā obligationem.

¶ Et si forte pater sic carceratꝰ malet carcerez sustinere z in carcere morari: q̄ dictaz obligationē facere: tūc fauore reipublice ne matrimonū impediatur: potest iudex ex suo officio obligare ipsum z eius bona pro dicta restitutione dotis. sicut pōt dotez cō stituere pro filia in bōis patris. vt. l. ij. §. ij. ff. ō iure do. Unde eadē rōne videtur idem posse facere in casu predicto. facit ad hoc tex. in. c. nullus. supra ō iurepatro. vbi dicitur q̄ patronus non pōt decimas ecclesie vel aliud spiritu ale conferre loco religioso sine consensu sui episcopi: si tñ epus sine causa consentire nolit: tunc debet adiri papa qui eius consensum supplebit. quem textum no. ibi abb. generaliter. in. ij. no. q̄ vbi desiderat cōsensus alicuius in fauorem alterius: si non vult consentire sine causa legitima: potest haberi recursus ad superiorem: vt superior ipse det licentiaz vel consensum. idem probat tex. non solit⁹ allegari ad ħ in. c. ij. de transac. dum dicit q̄ compositio super decimis debet fieri de consensu epi vl̄ archiepi intelligendo q̄ si eps nolit cōsentire: adeatur archieps pro consensu. Et ꝓpterea dicebat abb. ī. d. c. nullus. q̄ si dictat statutū q̄ null⁹ cōtra hat matrimonū cum puella seu cum minore. xxv. annis sine consensu duorum cognatoz ipsius puelle: si agnati requisiti sine causa denegant p̄stare consensum: potest adiri superior. vt ipse det licentiam causa cognita vl̄ consentiat pro eis. z refert ipse se sic alias consuluisse. z hoc fuit de mente bar. in. l. si cum dotez. §. eo tempe ff. so. ma. z in. l. fi. C. de bonis q̄ libe. ħ idez tenet abb. in. c. tue. el. ij. supra de cleri. non resi. j. co. z in. c. q̄ dei timorem. supra de sta. regu. in fi. z bal. in. l.j. C. de nup. per illum tex. z in. l. j. ad fi. C. qui admi. ad bono. po: po: z in. c. j. iij. co. de ꝓsiue. recti feudi. lib. feudorum. z Salic. in. l. duduz. in fi. C. de contrahē. emp. facit quod voluerunt do. de rota. decisione. 307. incipit permutatio. ī nouis. vbi dicunt q̄ si patronus sine causa non vult cōsentire permutationi beneficij patronati: potest eps hoc facere sine ei⁹ cō

sensu. z hoc refert z sequitur abb. ī. c. cum accessissent. supra de cōsti. z multi alij de quibus ibi p felli. xv. co. Sic ergo in casu nostro ex quo pater sine causa denegat consensum: nec vult se obligare: poterit iudex hoc facere.

7. Ampliatō Filiꝰ hāc obligationē pōt facere de bonis pr̄is ipso pr̄e ꝺolente.

¶ Ad qō bene facit tex. ī auc. si captiui. C. de epi. z cle. vbi fauore pie cause. s. redemptionis a captiuitate: pōt vendi z obligari bona patris. ¶ Per quem tex. forte posset dici q̄ etiā solus filius posset obligare bona patris recusantis se obligare z per cōsequēs volētis impedire suuz matrimonū. istud est nouuz z singulare dictū bal. nouelli in suo tractatu ō dote. vj. prem. ij. speciali. pe. co. alias charta. 35. ij. co. z facit scōm eum qō habetur in l. si procuratorē. §. ignorantes. ff. mādati. z qō tradit Bar. ī. l. iij. §. cato. ff. de verbo. ob. in. ij. ꝓtrario. ad idē facit glo. in simili in. l. vēditor. in pri. ff. de iudi. que vult q̄ fideiussores posint soluere ex substātia debitoris. ꝓ qua glo. est tex. z ibi no. bar. in. d. l. si procuratorem. §. si ignorantes. z hoc maxime si fideiussores non habēt vñ soluant. vt volut Bal. post bar. ī. d. auc. si captiui. fi. co. z probat in aucr. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet. Idem dicimus in defensore sine mandato condēnato. vt voluit ange. in. l. plautius. ff. de procu. eodem ergo modo videtur dicendū in casu nostro vt filius quasi fideiussor cum ipse non habeat bona: possit obligare bona patris debitoris seu obligari ad hoc. ¶ Quinmo q̄ plus est dicebat Bal. nouell⁹ vbi supra posse nō ꝓbabiliter attēdi q̄ stante talj perfidia z cōtumatia patris: q̄ legitime requisitus coraz iudice nolet consentire: habeatur tunc pro cōsentiente z per consequēs pro se obligāte. ar. eius quod habetur in. l. si euz. §. qui iniuriarū. ff. si quis cau. quando enim in aliquo casu requiritur cō

8. Ampliatō Pr̄ cōtradicēt habeť pro ꝓsentiēte.

sensus alicuius in actu expediendo: si non vult cōsentire sine causa imo cōtradicit: tunc cōtradictio habetur ꝓ consensu. vt notat archi. in. c. j. de cōsti. li. vj. quem refert z sequitur abb. in. c. quoniā in fi. supra ō vita z honesta. cle. sic ergo videtur dicendum in casu nostro.

9. Ampliatō Etiā si filius inueniat vxorē sine obligatione paterna

¶ Predicta procedūt q̄n filiꝰ sine obligatiōe patna nō posset inuenire vxorem nec eaz reddere cautaz de sua dote: sine eo q̄ pater se obligaret seu bona sua pro dote nurꝰ conseruāda vel restituenda. alias āt secus. Unde si filius inueniat vnam mulierem cum qua contrahat matrimonū: pater autē nolit cōsentire vt filius eam ducat in vxorē nec vult facere dictaz obligationē: vult tñ q̄ aliam ducat in vxorem: quam filius nō vult ducere: nō tenebitur tunc pater cōsentire nec bona sua obligare. quia nō tenetur pater cōsentire certo z in duiduo matrimonio: sed tantum cōsentire tenetur matrimonio in genere vt. l. adoptiuū. §. j. ff. de iure do. secus si omnino impediretur matrimonū q̄ nullā mulierē inuent filiꝰ cuz qua posset matrimonū honeste contrahere: nam tūc cogeretur pater cōsentire z dictam obligationem facere. ¶ Si tñ filius etiam patre recusāte facere istam obligationē seu ꝓpter nupᵗ. donationē: cōmode posset cōtrahere mr̄imonū z vxorē reddere cautam cum bonis suis ꝓpr̄is ad hoc sufficientibus vel alias: nō est pater cogendꝰ. ar. tex. in. l. honores. ff. de ōcurrio. z ī. l. ij. ff. ad municipa. vbi pater nō cogitur se obligare pro filio in decurionem assumpto. z sic vbi agit̄ de actu publico auctoritate z vtilitate. ista videtur esse mens oium scribentiū in. d. §. transgrediamur. z ita eos declarat ibi alex. in. ij. co. Ex quo videtur posse dici q̄ si filius iaz cōtra

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit matrimoniū dote sibi ꝓmissa: erq̄ cessat causa predicta ꝓpter quam pr teneretur se obligare. s. vt filius inuenīat vxorem: z sic pater nō impedit matrimoniū: ꝙ non teneatur pater istā obligationē facere. quāmꝫ vxor dicat se nolle dotez soluere nisi reddat̄ cautā z securā ex obligatione paterna.

2. arg. ꝓtra. Imputet ergo sibi: que a principio sibi non prouidit. ar. eoz que notāt in. l. si ab arbitro. ff. qui satisd. co. cū concordātijs de quibus dicam infra super tex. in. §. intellectu. ¶Hoc expresse tenet solus frācisc⁹ tigrinꝰ in. d. l. fi. ff. de suspec. tu. ¶Sed reuera hoc mihi nūquā placuit quia ista obligatio paterna non solum fit fauore filij vt reperiat vxorem: sed etiam fauore nurus vt sit secura de sua dote vt superius dixi. Unde quāmꝫ cesset ratio filij non tamen cessat ratio vel fauor nurus z etiam reipublice cuius interest dotes mulieribus cōseruari. vt. l. j. ff. so. ma. ergo neqz cessare ōbet obligatio. arg. in. §. affinitatis insti. de nupt. cum similibus. tenebitur ergo pater ad hanc obligationem vel dotationem ꝓpter nup. quāmꝫ filius matrimoniū contraxisset vt supra dictum est. istud videtur fuisse de mente bar. in. d. §. transgrediamur. dum dixit ꝙ pater tenetur facere istaz obligationem pro filio quando filiꝰ duxit vxorem honestam z sue conditionis dignam. z sic presupponit bar. ꝙ non solum tenetur pater ante matrimonium sed etiam post. z ista est veritas vt apparet ex precedentibus.

1. Fūdamentum.

2. Fūdamentum.

3. Fallentia. ¶Nisi filiꝰ contraxit cū indigna. ¶Subdit tamen bar. ꝙ si filius duxisset vxorem inhonestam vel meretricem vel aliam sue cōditioni vel dignitati nō dignam: tūc nō teneretur pater facere dictam obligationē. arg. eoz. z. que no. in. l. iij. §. si emancipatus. ff. de bonoꝝ poss. contra ta. vbi dicitur ꝙ si filius vxorem indignā accepit: potest exheredari z per consequens alimenta sibi denegari z dos non reddi. z eodez modo videtur ꝙ pater possit hoc casu denegare predictam obligationē. ad qō bene facit̄ ea q̄ dicā sup tex. in. 3. no. examinando materiam conclusionis co in ver. iij. quod hz ꝓcurrere. dicit ibi dicet.

¶Unum nō est obmittendū ꝙ si pater filio contrahenti matrimoniū vt eius vxor donaut certum quid ꝓpter nuptias: si ille filius habeat vnā filiam cui donauit illud quod fuit donatum ꝓpter nuptias si moztuo patre postea moriatur filia abintestato: i illa re sic donata succedit mater nō aūt auus. ita singulariter per bōa fūdamenta consuluit oldradus. consilio. 110. incipit pro examinatione veritatis. quod tenenti ad limitationez c. fi. infra eodem. z forte infra latius dicetur.

¶Et circa illud quod supra dictum est ꝙ in hyis regnis nō fiunt iste donationes sed dantur arre vt dicit lex fgm. iij. parti. ti. xj. l. j. de qua supra facta est mentio. Et sic in effectu iste arre successerunt loco donationis ꝓpter nuptias. ¶Videndum ne ōcipiaris quia in multis differunt. ¶Primo in constitutiōe. quia donatio ꝓpter nuptias si fiat ante matrimoniū potest excedere quantitatem dotis z infra subsistere. vt. ff. de pactis conuen super do. l. ex more z in auc. equalitas z in corpore vnde sumitur. si autem constituatur cōtracto matrimonio: nō debet excedere quantitatem dotis. vt. l. si constante z. l. fi. §. si igitur dote iam ꝓmissa. ff. de dona. ante nup. z auc. sed iam nece. ivi posita. vide tex. in auc. de equalitate dotium colla. vij. glo. in. §. est z aliud insti. de dona. z. iij. parti. ti. xj. l. ij. z ita donatio ꝓpter nuptias mēsuratur scōz tempus in quo fit z scōz quantitatē dotis. non tamen sic est in

Differētie inter donationē ꝓpt nup. z arras.

Lex regni.

1. Dria.

Lex regni.

Lex regni. arris que in istis regnis dantur. naz ille mensurantur scom quātitatē patrimonij viri qui eas concedit. oli. n. maritus poterat noie arrarum dare vxori tertiam partem sui patrimonij vt foro generosoz. li. v. ti. j. ¶Hodie tñ solum decimā partē bonoz suoz vt foro juzgo. li. iij. ti. j. l. vj. que incipit. pozq̄ muchas. z foro leguz. li. iij. ti. ij. l. j. in prin. z si forte pater vī mater vri volunt dare arras pro filio: nō possunt nisi decimā partem eoz que ab eis habiturus est. z si amplius datuz fuerit aut promissum: non valet z cō sanguinei propinquiores ipsi⁹ viri ꝓ eo repetere poterūt. vt. d. l. j. foro leguz que sumpta fuit ex foro juzgo. li. iij. ti. j. l. j. ¶Si aūt vir tēpore q̄ mīmoniuz contraxit: erat adeo pauper ꝙ non habebat bona ex quibꝰ arras dare posset: ꝓmisit tamen mulieri cū qua contrahebat ꝙ dabit ei arras ex hyis bonis que postea lucratus eēt: tenebitur vir tradere eas vxori quādo cūqz postea cōstante mīmonio ipsa hoc petierit: duz tamē non concedat vltra decimā eoz̄ que tunc temporis habebat vt. l. ij. eo. ti. ¶Ex qua infertur ꝙ hec arrarum constitutio: cū non sit simplex donatio sed ꝓpter nuptias: etiam constante mīmonio fieri potest vt. l. cuz multe. §. si igit̄. z. l. si constante. z ibi Bal. z Salic. ff. ō dona. ante nup. z insti. de dona. §. est z aliud. a quibus sumpta fuit. d. l. regni que hoc expresse dicit. iij. parti. ti. xj. l. j. in fi. z istud teneas quicquid senserit abb. z alij modernoz el in. c. z si necesse in prin. infra eo. presertiz cum hec arrarum datio: quāmꝫ fiat constante matrimonio: non tamē sortitur effectum nisi eo soluto. vt volunt leges regni preallegate: z ita ꝙ uis fiat tēpore inhabili: valebit tamen ex quo refertur ad tempꝰ habile. vt. l. in tempꝰ. ff. de here. insti. z in. c. de vxore. supra de sepul. presertim si fiat post annum a tempore cōtracti mīmonij vt infra. vj. limitatione principali. durāte aūt matrimonio fructꝰ arrarū sunt cōes ad sustinendū onera matrimonij: quēadmodū fructus aliarum rerum z non cedunt cōmodo vxoris. vt dicitur infra in. viij. limitatione principali. in. §. effectu traditionis ad donuz. ¶Hec ita fuerūt ꝓstituta. qz si certa sūma nō esset moderata vir mulieris amore forsan caperet omnia bona sua vel maiorē ptē eoz̄ sib⁹ donaret. qō iura prohibent ne coniuges mutuo amore se spoliēt. vt. l. j. ff. isto ti. cū alijs de quibus infra subijciā. Et hinc est ꝙ si vir ante quā contrahat matrimoniū cuz muliere per verba ō presentis aliquid vē diderit mulieri: qō excedat decimam bonorum suoz: valebit quidem talis venditio: quia cessat ratio predicta. ita dicit lex stilli. 3. 4. 6. quod videt mihi sine dubio quādo sine fraude fieret. alꝫ secus. facit tex. in. l. inter eas ff. isto ti. ¶Hec tñ intellige nisi in ꝓmissione vel traditione arrarū interueniat iuramentū. Nā tunc obligaretur vir etiam si promittat vel tradat vltra decimam partem suoz bonorum. quia cum hec prohibitio legis principaliter fiat fauore viri bene potuit ipse suo fauori cuz iuramento renunciare. vt late z singulariter concludit bar. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. quem cōiter sequūtur ibi. z in auc. sacramenta puberū. ff. si aduersus vendi. z ibi Salic. z fulgo. raphael. cu. z pau. in. d. l. si quis pro eo. quos sequitur alex. ꝓsilio. 53. vij. co. v. non ob. ij. volumine incipit. visis cōsideratis. latius. cōsilio. 59. incipit viso instrumento z ti. qōms. ij. co. v. sed si loquitur. j. volumine. doctores nostri. in. c. cum contingat. supra ō ireiu. Ex quo infert Bar. vbi supra valere donationem iuratā inter virū z vxorem. que prohibita est principa

Rō taxatiōis arraꝝ.

Lex regni

Fallentia. ¶Nisi intercedat iuramētū

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter fauore ipsorum coniugū. vt infra dicetur. Idem tenuit ipse in.l. seyus ⁊ augeri⁹. ff. ad.l. falci. ⁊ multi alij ꝙs referam infra in.iij. limitatiōe. eadē ergo rōne idem erit dicendū. in dubio ne arrarū. ¶ Sed incōtrariū vrget decisio bar. in.l. si quis pro eo. iij. co. ver. aduerte tamen. ⁊ §. co. ver. si vo prohibitio fieret ex parte debitoris. ⁊ ibi ange. idem Bar. ⁊ ange. in.l. fi. C. ne ne fideiu. do. dētur. ⁊ i. d. auct. sacrameta puberū. dum dicunt ꝙ si prohibitio fit persone: non cōtractus factū contra ꝓhibitionē non firmat iuramento. ꝙ opinionē multi alij sequuntur sūt ⁊ approbat lex regni. fo. iuxta. li. iij. ti. j. l. vj. que incipit. porrō muchas. vbi dicitur ꝙ licet vltra dēmā promittat cum iuramēto: non valeat ⁊ si sponsus vel pater ꝓmittens petere noluerit illud plus: eius consanguinei poterūt illud petere. Cogita ⁊ tene primā propter vim iuramenti.

Lex regni.

Ista decima pars cui⁹ respectu ꝓsiderabit ꝙ hōa nō sūt libera sz solū hz vsufructū.

¶ Et procedūt ista ꝙn is qui promittit arras habebat hōa libera: quo casu decimā partem valoris eoz dare potest: sed si erant restitutiom subiecta: ⁊ in eis solum habebat superficiē aut vsufructū: lz illa venunt appellatiōe bonoz. vt. l. bonoz appellatio. ff. de verb. sig. non tamen habebit respectus ad valorē rerum: sed solum ad estimationē superficiei vel vsusfructus quē ipse promittens percepturus erat toto tempore vite sue: qui quidē vsusfructus estimabitur iuxta no. in.l. hereditatū. ff. ad l. falci. que lex. est no. scōm docto. ibi pro extimatione vsusfructus faciēda. Unde si vendatur vsusfructus debeat solui gabella ex forma statuti debet extimari scōm illam legem. qō dicunt fore no. ad idem est glo. no. in l. cum hi. §. modus. in ver. cum iuuene. ff. de transact. que vult ꝙ etiā ꝙn agitur de transactione fienda super legato alimentoz: in qua requirit decretū iudicis: iudex forte extimabit viuere debere legatariū scōm formaz dicte. l. hereditatuz. ꝙ glo. ange. bal. ibi ⁊ in. d. l. cum hi. §. nihil aūt. i fi. reputant valde no. vt sciamus qualiter gabelle debeant solui de legatis alimētorum. ¶ Ex quo infert Bal. ꝙ dispositio dicte. l. videtur attendēda nō solum in rōne legis falcidie sed generaliter in oībus actibus hoium. Sz Jo. de uno. ⁊ pau. de cast. in. d. l. hereditatuz. in lectura paduana. ptrariū sentiunt dicentes. ꝙ illa extimatio vl cōputatio habet locum quo ad rōnē legis falcidie nō in alijs: in qb⁹ regulariē presumit quis viuere vsqz ad cētum annos. vt. l. fi. C. de sacrosan. ecclesijs. ⁊. l. an vsusfruct⁹. ff. de vsufru. glo. ⁊ doc. in. l. j. §. si dubitet. ff. de acqui. heredi. ⁊ hec optimio placet alex. in. d. l. hereditatuz. in fi. qui putat dictum bal. procedere quādo actus nō est preiudicialis quin sit reparabilis ex futuro euentu: vt colligitur ex tribus glosis illius. l. glo. j. ⁊ glo. in ver. cōputetur. ⁊ in. v. cōputatio. que volunt. ꝙ si ex futuro euentu apparebit legatarium plus vel min⁹ viuere sup plebitur vel restituetur pro rata vsusfructus vel gabella vsusfructus legati pro alimentis. ¶ Ex quo infert ꝙ iudex interponēs decretum super cōtractu transactionis alimentoz si taxaret alimenta scōm dispositionē dicte. l. hereditatū: deberet ōcernere ꝙ prestarentur cautiones hincinde de restituendo vel soluendo quaten⁹ appareret legatariū plus vel minus viuere qō est no. scōm alex. ¶ Et ista non sunt cōtenenda quia quotidie possūt practicari in legato vsusfructus vel alimentoz facte vtroz vl alicui alteri. vt sciamus an excedat quītam partem bonoruz testatoris: quā pōt relinquere cum voluerit scōz legē regni. fozo legum. li. iij. ti. v. l. ix. ⁊ tit.

xij. l. vij. ¶ Et ex hoc infertur vnū qđ tidianū. ꝙ percutiens vel mutilās vl occidēs aliquē tenetur ad opas quas facturus erat percussus vel occis⁹ to tempore vite sue. l. ex hac lege. ff. si quadru. pau. fe. dica. ⁊ l. fi. ff. ō his q̄ eie. vel effu. quas operas vel eaz estimationē prestabit percussor vel heredibus occisi scōm specu. ti. de iniurijs §. ij. post pun. quē refert ⁊ seqt abb. in. c. j. ō iniurijs. j. co. in fi. ⁊ habebit respectus quanto tempore potuisset viuere eo modo quo supra dictuz est ¶ Adde tamē ꝙ in estimatiōe superficiei vel usufructus bonoz deducendum est onus vel tributū: qō pro eis soluitur. per tex. no. in. l. non amplius in pun. de lega. j. vbi in legato illud intelligitur: qō deducto onere superēst ¶ Ex quo dicit Bal. ibi. ꝙ si debet solui gabella de legatis: solū de eo soluet qō supest deducto onere. referūt ⁊ sequūtur pau. ō cast. ⁊ alex. ibi. idez sentit bal. in. l. j. C. de fructi. ⁊ litis expen. ij. co. ver. modo accidit questio. ¶ Et hinc est ꝙ si aliquis impetrat beneficiū vsqz ad valorem centū ducatoruz qō valet trecentos: tñ tot expense requirūtur quot ascēdūt vsqz ad ducatos: non dicetur beneficium habere in redditibus nisi centū ducatos. ita tenet bal. i. l. j. ij. co. ver. pone impetrauit. C. de fruct. ⁊ litis. expen. ⁊ in. l. sed si hoc. §. cuidam. ff. de cōdi. ⁊ demonstra. per illū tex. qui bene facit. pau. ⁊ alex. vbi supra. ⁊ ita statuit martin⁹ papa secundus in regula cancellarie incipiente. sanctissimus dñs noster. idem tenet rota in sancti quis. de concessione prebende. 60. incipit. dic ꝙ si papa. refert ⁊ sequitur felli. in c. ad aures de rescripti. xv. co. v. duo decima questio. ⁊ istō est regulare secundū cum quotiens fit mētio ō reddituum: quia intelliguntur deducto onere. vt volunt Bal. i. l. coheredibus C. fami. hercis. ⁊ in. l. neqz scriptura C. de compensa. per tex. singulare in l. fundi trebatium. ibi ex locatiōe fūdi redigere. ff. ō usufructu lega. facit l. distincta. eo. ti. ¶ Idē si fiat mētio de fructibus vt in. l. fructi⁹. ff. so. ma. ⁊ ibi bar. bal. ⁊ alij signāter alex, dicētes ꝙ si quis emit gabellam fructuū fornatarū intelligitur deductis expēsis. facit tex. in. c. paltoralis. de deci. ⁊ in. c. si propter tua debita. de rescrip. li. vj. scōm eos. ad idez facit tex. ⁊ ibi notat bar. ⁊ alex. in. l. falcidia non habetur. ⁊ in. l. cum ticio. ff. ad. l. falci. ⁊ in. l. si vrbana. ff. de condi. indebi. ⁊ in l. ij. §. sed si sub cōditione. ff. de collat. bono. ⁊ in. l. eum qui. §. meiso. ff. de i diem adie. alias incipit. l. idem iulianus. Videas ad predicta bal. in. l. in annalibus. C. de lega. ¶ Vide etiaz bal. in. d. l. sed si hoc. §. cuidaz. vbi dicit ꝙ si aliquis donat vltra legitimā suam cum onere conditionis implende: ⁊ deducto illo onere reducit illud emolumentū ad legitimam suam: tenet donatio sine insinuatione p illum tex. ⁊ est ipsa veritas scōm euz quod nota pro. l. sancimus. C. de dona. Et generaliter teneas ꝙ in extimatione bonoz dantis vel promittētis arras ad sciendū vtrum excesserint decimā in primis ⁊ ante omnia deducēda sūt debita: quia bona alicuius dicūt deducto ere alieno. vt. l. subsignatū. §. bona. ⁊. l. proprie modū. ⁊ in. l. veniisse ff. de ver. signi. cū cōcordantijs. ē tex. no. ad ꝓpositū valde accōmodat⁹. ī l. mulier bona. in fi. ff. de iure do. vbi si mulier ꝓmisit marito bōa sua i dotem: intelligitur deducto ere alieno. ex quo dicebat no. bal. in. l. j. ij. co. v. pone testatoz. C. de fructi. ⁊ litis expē. ꝙ si testator iussit filiā suam maritari alicui qui haberet in primomo mille: modo ille bene habet possessiōes valentes mille: tamē habet multa ō bita: ista debita comedunt ista mille iuris intellectu. ad quem intellectuz

Universidad de Deusto
Biblioteca

debent hoīes dispositiones adaptaſ scōz eū. qō no. Sic ergo dicē dū erit in casu nostro. Bene facit tex.in.l.si quis seruū. §.fi.cum.l.sequē.de legatis.ii. vbi si legatur pars bonoꝝ es alienū debet dūci.ratio ē scōm pau. ibi quem vide rogo.facit.l.papinianus.§.quarta.ff.ō ioffi.test. q̄ vide ẓ ibi doctores.

2. Differētia Mulier vtiť ẓ fruiť arris.

¶ Secunda differentia

inter donationem propter nuptias ẓ dationē arraꝝ est: quia bona ꝓpter nuptias donata remanēt in dominio viri ẓ ipse vtitur ẓ fruiť eis tā quā propriis: non facta distinctione an mulier sit maioꝛ vel minoꝛ vt late in predictis habuimus: an arris tamē est secus quia si forte tempore cōtracti matrimonij mulier nōdum erat viginti quinqꝫ annoꝝ: pater vel mater ipsius debent seruare arras filie traditas vt non perdantur vendant vel alienētur. ẓ si patrem vel matrez non habeat: apud consanguineos ꝓximioꝛes deponātur ẓ postq̄ ipsa deuenerint ad etatem. xxv. annoꝝ reddantur eidem ẓ interim fructus arrarum sint cōes. vt foro juzgo. li. iij. ti. j. l. vij. ẓ foro legum. li. iij. ti. ij. l. iij. Ista tamen lex non seruatur de consuetudine: imo etiam si mulier sit minoꝛ. xxv. annis: arre sibi donate remanent penes maritū qui vtitur ẓ fruitur illis sicut alijs rebus dotalibus.

Lex regni.

3. Differētia Arre statim efficiūť ꝓprie vxoris.

¶ Tertia differentia

est in modo acquirendi. naz sicut soluto matrimonio dos redit ad mulierem: sic donatio ꝓpter nuptias ad virum: vt in.c. nuper ẓ in.c. fi. infra eo. ẓ. l. j. ẓ fi. C. de dona. ante nup. secus tamen est in arris quia ille statim efficiuntur ꝓprie ipsius mulieris. ẓ pōt de eis libere disponere tam in vita: q̄ in morte. ẓ si de illis non dispo suit pertinēt ad maritū vť eius heredes. Et hoc quādo nō sūt filij ex hoc mīmonio. si enim filij superstint: non pōt disponere vxoꝛ mli ō quarta prearrarū: q̄ pōt distribuere ꝓ aia sua. alie vero partes remanēt filijs. vt foro juzgo. li. iij. ti. j. l. v. que incipit cuz de doribus. ẓ fo. li. iij. ti. ij. l. j. q̄ vis olim aliter obseruabatur vt foro generosoꝛum. li. v. ti. j. l. j. que corrigit per leges predictas vbi videas. ẓ intelligе q̄ vxoꝛ non disponit de arris que ab intestato decessit: videť autē de illis disposuisse si testamētū fecit heredem instituēdo: quāuis de arris nihil dixerit spāliter vt aliqui dicunt ẓ male vt volunt leges regni predicte signāter dicta. l. v. ti. ij. li. iij. foro juzgo quā ad hoc reputo singularem dum dicit aut si intestata decesserit ad maritū aut ad mariti ꝓpinquos heredes: eadem donatio redeat. ¶ Ex his infertur ad vnuz saltz quotidianum. vir qui vxoꝛ dedit vť promisit arras: in testamento eidem vxoꝛ aliquid legauit. an illud legatū debeat imputari in arris? per predicta videtur q̄ nō: q̄ ex quo a principio valuit donatio: ẓ res donate efficiūtur ꝓprie ipsius vxoris: nā non videtur maritus ōbitoꝛ maxime q̄n ꝓcessum est ad traditionē ẓ solutionem arrarū. nam ex quo illud q̄ debetur est separatum a bonis testatoris vel illius qui legatum fecit: non videtur aīo compensandi vel imputādi in debito. cum hoc casu: vt dixi: non possit dici maritus ōbitoꝛ iuxta ea que no. in.l. dos a patre profecta ff. so. ma. ẓ. l. iure succursū. ff. de iure do. facit q̄ in simili dicimus de patre qui dedit dotē filie sue: cui etiam legauit aliquid: q̄ non videtur factū aīo cōpēsandi cū dote: sed filia vtrū q̄ habebit. vt dicunt glo. ẓ doctores in.l. filia. C. ō lega. Bar. in.l. hūus modi. §. cum pater. de lega. j. que tñ computatio fieret si dos non essz data sed promissa. iuxta no. per bar. in.l. quid aūt. ff. de iure do. ẓ per ange. in.l. si cum dotem. §. si pater. ff. so. ma. ẓ in auc. preterea. C. vnde vir ẓ vxoꝛ Ubi videtur tertius in cōtrariū de q̄ vide ibi bal. ẓ alios modernioꝛes ꝑsertim petrū philippū in sua repertione. charta. 8. j. co. cum sequē. ẓ latissime per doctoꝛes nostros sigant per barba. in.c. officij. supra ō testa. char. 6. co. iij. cum sequētibꝰ. ẓ ex his que in istis iuribus traduntur elicit veritas huius dubij. in quo amplꝰ non insisto. q̄ nō est presentis speculatiōis. hec sint quo ad donationes que fiunt ꝓpter nuptias seu quo ad dationem arrarum.

De donatōe q̄ fit ꝓstante mīmonio.

1. Regula. Donatio inter ꝓiuges cōstāte mīmonio est prohibita.

¶ Sūt ẓ alie donationes

que fiunt inter inter coniuges cōstante matrimonio. que regulariter sūt prohibite. vt. l. j. ij. ẓ. iij. ẓ. l. si spōse. §. cōcessa. ff. eo. ẓ. l. si ex volūtate C. eo. ti. ẓ. c. fi. infra eo. ẓ. iij. parti. ti. xj. l. iij. De cuiꝰ rōne (vt plutarchus in suis problematis dicit) multi dubitarūt antiqui. quid est inquit q̄ vir ab vxoꝛe: vxoꝛ a viro dono aliquid accipere prohibeť? an quod vt solō scripsit: moꝛētū donatiōes rate sunt: nisi quis iquit necessitate coactus aut ab vxoꝛe ꝓsuasus: necessitatem enim quasi vim afferentē accepit: voluptatē vero quasi decipientē sic vxoꝛ donationes hac viroꝝ suspitione non caruerūt. An q̄ vilissimū benuolētie signū donatio sit. dāt. n. ẓ alienī: ẓ qui non amāt: idcirco hoc dandi lenocinū ex matrimonio subtulerunt: vt non mercenarium: sed gratuitū ẓ spōraneū sit hoc totum a mare ẓ redamari. An q̄ ab alijs accipiēdo corrupte alienos admittunt: grauissimum visum est gratis suos diligere. An illō potius q̄ virīz vxoris rem cōem esse oporteť: nam qui q̄ datū est accipit: is q̄ datū nō est id alienū esse censere didicit. quo fit vt exiguū inuicē dando totū perdūt hec ille. ¶ Juris tamen consulti has rōnes ꝓpēderūt aliasq̄ assignaſt dicentes q̄ iō constitutū fuit ne coniuges mutuo amoꝛe se spolient. ẓ ne impediret studiū educandi filios: ẓ ne matrimonia venalia fierent. vt dicūr iura predicta. q̄ amoꝛ honestus inter cōiuges debet constare solo affectu animi ẓ nō ꝓpter preciū. Eiusmodi cōtrariū videť fieri cum aliquid donatur. Et hoc ē ex quadā equitate iuris ciuilis ex qua etiā illud est inductum q̄ vnus ex coniugibus nō possit inuitare alterū ad matrimonium spe lucri. licet a tertio quis possit inuitari: vt. l. si ita stipulatꝰ. §. si tibi nupsero. ff. ō ver. o. ẓ traditur per bar. ẓ alios in.l. ticia. §. idez respōdit. circa prin. eo. ti. Hāc rōnem ꝓtendit ligurgus qui primus lacedemonijs iura ex appollinis auctoritate cōstituit vt in.c. moyses. vij. dist. cuz virgines sine dote nubeť volunt: vt vxoreſ nō pecunie causa eligerent: strictiusq̄ viri sua matrimonia cohercerent cū nullis fremis doris tenerētur. q̄ refert beatus tho. iij. de regimine ꝓncipum. 18. inquātū dotes ꝓhuit male loquuꝰ vt alibi fortasse diseretur: inquātum vero sensit ne matrimōia sint venalia ẓ bene ẓ ꝓposito nostro satis accōmodatū e dixit. ¶ Bōa enī mīmonij sunt tria. fidei. proles. ẓ sacramentū. vt cōmemoraт gl. in.c. fi. de condi. appo. q̄ declarant doctores ibi ẓ bal. in.l. fi. C. de dona. añ nup. dicens q̄ mīmoniū fuit institutum vt inter cōiuges sit fides: non solum in eo q̄ respicit pudorē matrimonij sed etiā vt cunctis sit castitas amoꝛ honestitas. ẓ istud appellatur fides in matrimonio: cōtra q̄ opponiť exoꝛsio seu depauperatio: que causaret ex donationibus si permitteretur inter coniuges. Si enim esset integer

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ex hijs z ex tex. colligit abb. arg. optimũ ꝙ põt maritꝰ expellere vxorẽ si dos sibi ꝓmissa nõ soluit naz vt apparet ex predicti iste. h. expulit vxorẽ qz dos ꝓmissa nõ soluebat. Idẽ allegat z cõmendat istuz tex. Jo. de plateis. in. ℣. fuerat ante insti. d act. in. iij. co. z ibi Jason. xxxij. co. ¶ Cõtrariũ tñ tenet hic. car. in. iij. oppo. dicẽs ꝙ vir non põt expellere vxorẽ suã a se ꝓpter dotẽ non solutã. quia hec causa nõ reperit approbata a iure supra ti. ꝓrio. c. porro. nec dz maritꝰ ius sibi dicere. vt. l. vnica. C. ne quis in sua cã ius sibi dicat. z. c. cum venisset. supra de iudi. idẽ tz bal. no uellꝰ in tractatu dotiuz. vj. pte. xlij. priuilegio. iij. co. ¶ Sed ego teneo primũ. ſ. ꝙ possit maritꝰ expellere vxorẽ ꝓpter dotẽ nõ solutã z allego gl. singularẽ de qua. do. abb. nõ fuit memor in auc. ô nõ elig. scõo nub ℣. fi. ℣ bo. onera. col. j. q̃ exꝑsse hoc voluit z ad ꝟ eaz allegat z cõmendat Jo. de pla i. d. ℣. fuerat ãte. iij. co. z ibi iaſõ xxxiij. co. z bal. i. c. quẽadmodũ. s. de iureiu. pe. co. z in. l. qõ i vxorẽ. C. de neg. ge. z i. l. fi. C. ad vell. z i. l. fi. C. ô sen. q̃ sine certa quã. pfe. circa fi. z i. l. si donatur. ff. ô ꝓd. ob cãz. z ab. ꝓ. 85. ij. co. i prin. in. ij. vo. lodo. ꝓ. 517. j. co. vitall. in li. clausulaz. char. 219. in fi. alꝫ in clausula. an possit renunciari iuri alimentoꝝ. x. co. in fi.

Determinatio.

¶ Ad hoc est tex. valde singularis. in. l. fi. C. ad velleya. vbi littera dicit generaliter sancimus: vt si quis maior viginti quiqz annis siue masculꝰ siue fẽa dotẽ policitus sit vl spopõderit: ꝓ qlibet muliere: cũ q̃ mrimoniũ licitũ ẽ ℨhẽ: oimodo compellat suam sponionem adimplere. nec enim ferẽdũ est quasi casu fortuito iterue.

Universidad de Deusto
Biblioteca

niente mulierē fieri indotatā: z sic a marito forsitā repelli: z distrahi mri momū. Pōdero tex. in eo q̄ dicit z sic a marito forsan repelli, ꝓbat enim q̄ ꝓpter dotē nō solutā vir p̄t repellere vxorē a domo sua z ad ħ euz no. ibi bal. Cuius ratio est scōm euz. qz nō tenetur marit⁹ dare vxori victuz nisi habeat dotē, ꝓmissā. facit tex. cū gl. i. d. auc. de nō eligē. ij. nu. §. fi. col. j. qz de dote teneť vir substētare onera mrimonij. vt. l. si cū dotē. §. sinaūt in seuissimo. ff. so. ma. z. l. ꝓ oneribus C. de iure do. z. c. salubriter. infra ō vsuris. nō enī cogitur marit⁹ vxorez indotatā habere. vt. d. l. ¶sidonatur⁹ §. j. ff. de condi. ob cām. Jn quib⁹ q̄ dē oneribus vemūt non solū alimēta vxori p̄stāda: sed etiā seruiētibus vxori. vt volunt gl. no. in. d. auc. ō nō eli. ij. nu. §. fi. v. onera. q̄ multū ꝓmē dat bar. ibi. dicēs eā ꝓpetuo memorie tenēdā. si aūt ista onera oz marit⁹ subire ex dote: z dos ꝓmissa sibi ñ redditur: merito hec onera recusare poterit. ex q̄ nō ħz vñ ea substineat.

Mora glo.

¶Et hoc nō solū qñ nihil penit⁹ de dote solutū est marito: ſz etiā si pars dotis soluať no tñ tota dos. nā z tūc nō teneť marit⁹ eam alere. ita voluit bal. in. l. insulā. §. vsuras. ff. so. ma. quē refert z sequit ibi paul. de castro z bene facit ad hoc tex. in. l. iulianus. §. offerri. ff. ō actio. emp. vbi dicit q̄ tunc emptor p̄t agere actiōe ex empto. qñ totum p̄tiū solvit. ¶Et p̄ ista fuit alias decisum in contingētia facti cum quedaz vidua vt haberet virum pulchrum z iuuenē: promisisset omma bona sua in dotem: assērē do ascendere ad valorē duoz miliuz ducatorum: postea (contracto matrimonio) vir comperit hereditatē patris nam illius mulieris magno ere alieno p̄ssam: adeo q̄ vix ascenderet ad trecentos: certum est enim q̄ propter huiusmodi dolum matrimonium rescindi non pot est licet dederit causam contractui. cum matrimoniū sit spirituale z sacramentale. vt per gl. in. c. veniens. de trāsactio. ideo nō potest retractari ratione delicti commissi etiam per restitutionē in integrum ratione minoris etatis. vt notat glo. z ibi docto. in. c. ex parte. de resti. spolia. z in. l. ait pretor. in pnci. z ibi bar. ff. de mino. z per consequens valida remanet dotis constitutio. nec potest mulier se iuuare beneficio ne conueniatur vltra q̄ facere potest. de quo in. l. maritum. ff. so. ma. cum similibus. ex quo sic scienter z dolose promisit talem dotem p̄ tertium singularem. in. l. penul. ff. de iure dotium. cum tale beneficium p̄ datur propter dolum. vt. l. etiam. §. licet. ff. so. ma. z ideo si integram dotem q̄ promisit non soluat: poterit a marito expelli a domo. ita dixit bal. nouellus in tractatu dotium. vj. pte 43. priuilegio. ij. co. cū sequē. Subdit tamē q̄ de iure canonico nō posset expellere. quod admitterez si mulier nulla alia bōa haberet vnde posset integram dotem soluere.

Si ps dotis est soluta.

Si mulier non tenetur alere.

Mō facti.

No. textus.

expelli potest

¶Jsta tamen debent intelligi quando dos fuit promissa ab vxore vel eius patre. Secus tamē si ab extraneo id est ab eo qui nō habet mulierem Jn potestate. Nam iste dicitur extraneus quo ad hoc. vt. l. vnica. §. extraneum. C. de rei vxo. actio. tunc enim nō poterit maritus denegare alimenta vxori. vel illā a se expellere, ppt dotē non solutā. ſz dz agere ℨ extraneū vt dotē sibi tradat. ar. l. si extraneus. ff. ō iure do. ita dixit abb. ī p̄siti qđ tēperat ꝑpē nisi marit⁹ eēt paup z fi hēret Unde onera matrimonij subiret, p̄ ut erat. ħ. de quo loquitur iste text⁹

Si dos ē p̄missa ab extraneo.

¶Reperio tñ q̄ salice. in. d. l. qđ in vxorē. in fi. C. de nego. ge. Videť indistincte Jriū tenere. dicit enī q̄ qñ vxor nō est in seruicio viri culpa vxo

Cōtra abb.

ris: nō teneť vir eā alere ar. tex. in. l. si ea ꝓditiōe. C. de cōdi. in ser. z. d. l. iulian⁹. §. offerri. ff. ō actio. empti: dicit aūt culpa vxoris interuenisse: si ꝓpter dotē quā ipa ꝓmisit z non solvit: ħ enemit vt. d. auc. de nō eli. secū. nub. §. illud ī fi. Jdē dicit si pater vel frater dotē ꝓmiserūt. paruificāť enim ista a iure. s. q̄ mulier dotē ꝓmiserit vel pater vel extraneus vt ꝓbat tex. in. d. §. illud quoqz. vtroqz enī casu dos est mulieris: z dať ad onera mrimōij subsētēnda. Et ita ī effectu concludit salice. q̄ mō sit ꝓmissa dos ab vxore vel a patre vel ab extraneo: si nō soluať: poterit maritus alimenta denegare: z a se vxorez expellere.

Concubina.

¶Et ꝓ ħ videtur hic tex. scōm intellectū Jo. an. Nā dicit q̄ forte vxor istius. ħ. erat cōcubina ill⁹ magistri. R. ꝓmittēris dotē. z sic dos erat ꝓmissa ab extraneo. sed nihilominus qz nō soluebatur ei: expulit a se vxorē. ¶Nec facit salice. dñam an maritus sit dives vel paup, put faciebat abb. motus per istū tex. cū dicit pro ħ. paupe. ad quē faciliter pōt responderi qz pauptas ist⁹. ħ. nō pondera tur in p̄siti quātū ad hoc q̄ rōne illi⁹ posset expellere vxorez a se ꝓpter dotē nō solutam. sed soluz ad hoc q̄ posset ip̄m magistrū cora ecclesiastico iudice trahere vt supra dictuz est

Si maritus est dives.

¶Uel aliter quāuis iste. ħ. diceret se pauperez: in veritate pauper non erat. sed forte dixit se pauperem vt a papa facilius lras obtineret. ¶Uel forte verbū pauper erat cognomen vt late in superioribus dictum est.

¶Et ita concludo tenendo cum salice. contra abb. q̄ si dos promissa extraneo non soluitur: potest maritus denegare alimenta vxori z a se illam expellere quāuis maritus sit dives.

Uxor expulsa p̄t petere dotē.

¶Ampliari p̄siti predicta vt marit⁹ ꝓpter dotē sibi ꝓmissam nō solutam possit alimēta denegare vxori: z a se illam expellere: z ea expulsa: nihilominus poterit agere ad dotē sibi ꝓmissam. ex quo paratum se reddit: soluta dote vxorē reassumere. hoc probat singulariter iste tex. z sentit host. in p̄siti cuz dicit q̄ iste. ħ. petebat dotem vxoris quā a se expulerat ꝓpter dotem non solutam. nec obstabat sibi q̄ vxorem a se expulerat: quia paratus erat vxorem reassumere solvta sibi dote.

Pōt marit⁹ aliqđ vltra dotē petere.

¶Et quod plus est non solum poterit maritus hoc casu petere dotez ꝓmissam: sed etiam aliquid vltra propter moram dotis promisse non solute. vt. c. salubriter. infra de vsuris. ō quo late z singulariter per docto. signāter per ange. z Jaso. in. §. fuerat ante inst. de actī. z per lodo. p°. §17. ij. co ver. ij. videndum. vbi vide ad saturitatem. ¶Si aūt maritus consecutus fuit dotem z vxorē reassūpsit: z expulit tenetur restituer dotem vxori. ita no. dixit bal. in. d. l. fi. ī fi. C. de sen. que sine certa quanti. z in. c. ex parte. iij. co. supra de consu:. quia dos est ꝓprium patrimoniuz mulieris: z ex ea viuere debet. vt. l. iij. §. sed vtrum. ff. de mino. z tunc de mū cōmodū dotis expectat ad virū quādo subiit onera matrimonij vt est tex. no. in. l. insulam. §. vsuras ff. so. ma. z in. l. fi. in pnn. ff. ō dol. excep. cū aūt vxore expulsa p̄sertim sine cā: vir nō sustineat onera mrimonij q̄ nō dz hre cōmodū dotis. ita firmat bal. vbi supra. de q̄ meminit alex. i. l. ij. in pnn. ff. so. ma. z bartolome⁹ soziⁿ⁹ vbi. iiij. co. ī fi. v. itē limita. q̄ ꝓ ħ adducit Jo. an. ī spe. ti. de dote post diuortiuz restituenda. §. fina. vj. co. ver. secunda q̄stio vbi dicit q̄ si vxor si vult ꝓcipar cū marito excōicato pōt dotem repetere: vt dixi supra co. lvj. v. idem forsan cum sequēt⁹: ergo fortius qñ est expulsa seuicia viri

Item maritus non debet fruct⁹ lu

Universidad de Deusto
Biblioteca

crari ex quo pietatis officiū non implet .imo tenetur restituere fructus quos expulsa vxore recepit. scōz bal. in rubrica. C. ō priuilegijs dotis. Itē si mulier ex pulsa seorsum ḥītat a marito.pōt ab eo expensas repetere vt voluit glo.in.c. siguificasti. supra de diuor.bal.in.l.j. C. de lega. z in.l. qō in vxorez. C. de nego. gest. ex quib⁹ pz ꝙ vxor expulsa merito petit dotē vt dicebat bal.vbi supra. z idē sentit pau. de cast. in.l. viro atqz vxore. in prin.ff. so.ma. z in.l.cum mulier. la.j. prope finem.eo .ti.l. bene facit tex. z qō ibi notatur in.c.vnico. infra de infanti.langui. z expo. z i.l.j. z ij. C. eo.l.j. §.sancim⁹. C. de lati.liber. to. vnde fuit sūpta.l.regni.foro legū. li. iij.ti.xxiij.l.j. que iura volunt ꝙ dūs qui seruū suū egrum oī auxilio destitutū expulit de domo sua:pdit dñiū qō in eo ḥz: z seruus efficit liber z ciuis romanꝰ. ¶ Et ex illo tex. notat ibi bal. ꝙ qui expulit psonā:nō ōbet ḥabere eius bōa. ex q̄ infert ꝙ si monasteriū expulit monachū de monasterio:teneť assignar bona. vt i auc. de sanctissimis epis. §. antepe. colla. ix. z glo. in. d. c. vnico in fi. ¶ Ex quo etiā infert ꝙ si vir expellit vxorē sine cā:dz pdere lucrū dotis. ar. l. si ab hostib⁹. §. si vir. ff. so. ma. vbi de ḃ meminit alex. j. co. z Jo. ō anania. in. d. c. vnico. iij. co. Et ita sentit ꝙ si vxor sic expulsa moriat:non succedit ei per titulū vñ vir z vxor. Hoc idē voluerūt. cy. z fulgo. in. l. j. C. vñ vir z vxor. z in. d. l. qō in vxorē. C. de neg. gest. vbi per illū tex. dicebat no. bal. ꝙ marit⁹ teneť subuenire vxori i alimētis z medicinis / z in oīb⁹ necessarijs qz teneť onera mr̄imonij subire z si nō subijt: tūc pdit lucrū dotis ex statuto puenies. Idē in effectu volunt idē bal. in auc. dos data. C. ō dona. ante nup. vbi dicit ꝙ si marit⁹ denegat vxori alimēta: punitť lucro dotis. qō dictū multū extollit pau. ō castro. in. d. l. si ab hostib⁹ ad fi. ff. solu. ma. Ex q̄ dicit se dixisse in cōtingētia facti ꝙ si marit⁹ expulit vxorez vel se absentauit z de alimētis sibi nō puidit: mortua est mulier marito nō sustinēte onera mr̄imonij: nō dz dotez lucrari ex forma statuti. ar. d. l. si ab hostib⁹. z. l. necaī. ff. ō libe. agnoscē. qō dicit eē q̄tidianū z mēti tenēduz. Vñ ad ꝓpositū marit⁹ q̄ sine cā a se vxorē expulit: nec dū nō lucrabiť dotez soluto mr̄imonio: sz z mr̄imonio ꝓstāte tenebiť dotē vxori expulse restituere: ne ex sua malicia cōmodum reportet.

Lex regni

Opinio contraria Jo. ā.

¶ Fateor tñ ꝙ Jo. an. in additione b⁹ ad spe. in ti de dote post duor. resti. in. §. j. in additiōe q̄ incipit dixit odo. vī sentire ꝙ nisi ab initio ꝓstitutiōis dotis quētū eēt: vt in casu tal' expulsiōis sine cā: marit⁹ restituat dotē mulieri: nō tenebiť ad ei⁹ restitutionē scōz Jo. an. cui⁹ auctoritas in iudicādo z ꝓsulēdo ñ parū vrget maxime hodie cū lex regni i materia canonica ei⁹ opinionē alioz opinioī pferat. Ꝓsertim qz iz ḃ casu vir nō alat vxorē: tñ alit se z liberos z dos dz eē ꝑpetuo apud maritum vt dicit tex i. l. j. ff. ō iure do. Et sic redditť dubia decisio bal. z seq̄ciū z de ea dubitant alex. de imo. i. l. ij. iij. co. i fi. ff. so. ma. z in. d. l. si ab hostib⁹. ij. co. e. ti. qz cū dispositio illi⁹ legis si ab hostib⁹ sit penalis: nō dz extēdi. vt regula odia. cū ꝓcor. de re. iu. li. vj. qz de lucro ex cā onerosa ꝓcedente: idem dz iudicari qō de cā mere onerosa. vt ē gl. no. iūcto tex. i. l. si donatur⁹. §. fi. ff. ō ꝓdi. ob cāz. Subdit tñ ꝙ nemi nē iuenit Jdicētē bal. aut ꝓcordātez cū ipo. iō i iudicādo magna eēt eius auctoritas. ¶ Ego vo reperio pau. de castro. consilio. 192. pe. co. incipit viso libello. qui expresse tenet contra bal. in. d. l. fi. quāuis de eo non faci/

Lex regni.

Pau. ō cast.

Vir sine causa expellens vxorē perdit lucrū dotis.

at mentionem. dicit enim ꝙ non est verum ꝙ maritus non substinens onera matrimonij: teneatur restituere dotem. Quīmo nec integros fructus dotis iam perceptos. Quid. n. si dos esset multum ampla cuius fructus sufficerent ad alendum tam virum ꝙ vxorē: putat ipe ꝙ vxor stari separate sine sui culpa a viro: teneatur vir soluz ministrare expensas necessarias. vt. l. si cum dotem. §. si aūt in seuissim o. ff. so. ma. residuuz vero retinere possit. quod patet: qz ecōtra si fructus dotis non sufficerent: imo etiam si nulla esset dos: teneretť tamen vir prestare integra alimēta si vxor sine sui culpa nō esset in seruicio viri. vt nō. in. d. l. quod in vxorez C. de nego. gest. per cy. ergo z si fructus excedant alimēta: superfluum debet apud ipm manere etiaz si sine culpa vxor stet separata a viro. vt ꝫ rationum eadem sit disciplina. vt. l. fi. de lega. iij. Et subdit pau. quod non reperit aliquid expressum in contrarium. ergo standum erit simpliciter dictis doctorum qui dicunt ipsuz teneri ad alimēta non plus. ¶ Nec obstat secundum eum dicta. l. insulā §. vsuras. ff. solu. ma. z. l. fi. ff. de dolo excep. quia fatetur ipe ꝙ maritus q̄ non substinet onera non potest petere fructus dotis non recepte non receptos: non tenetur restituere sed sola alimenta prestare. Sicut in similibus dicimus ꝙ quando intentatur remedium dicte. l. vbi adḥuc. C. de iure do. non debent peti integri fructus dotis: seu integrum emolumentum. quia quod superest vltra alimēta vxoris: pertinet ad virum. vt no. bar. in. d. l. si constante. fi. co. ver. vij. quero. ita quesit pau. in. d. consilio qui satis pulchre z subtiliter loquitur. ¶ Sed in ḃ vltimo cum dicit ꝙ maritus non tenetur restituere fructus dotis receptos quāuis non substineat onera matrimonij: tenet contra bal. de quo ipse non fuit memor in rubrica. C. de priuileg. dotis. j. co. vbi formaliter inquit ꝙ si marit⁹ nō subijt onera matrimonij: tenetur restituere fructus dotis quos expulsa vxore recepit qō est valde notādū: z ḥanc opinionem tanquam humanam rem z magis equam z mulieribus saluentem sequor. quia in dubio sitare opinionū tenēda z seq̄nda est ḥumanior. vt ꝓbat tex. z ibi no. ab. in. c. ij. de cogna. spiritu. z tex. i. l. cū antiq̄tas. C. de vsu. z ḥabita. z in. l. fi. C. qui bonis cede. po. Jtē ista opinio est favorabilior dotis. z ideo sequēda. vt superi⁹ dixi. est bon⁹ tex. in. l. in ambiguis. ff. de iure do. iūcta. l. j. ff. so. matri. vbi hec notāt dy. bar. z alij dicentes in dubio iudicandz ꝙ dote de q̄ late p bal. nouellū in tractatu dotis ix. pte. in prin. est bon⁹ tex. in. c. fi. supra de re iudica. maxime qz ḥal. z ꝓdicti apte ḃ dicūt. sz Jo. an. nō ita aperte nec ita clare sz cōfuse z nullaz allegat fundamētū. vñ ꝙuis cautuz sit a prin. qñ dos ꝓstituit: paciscī vt si marit⁹ vxorē expellat: debeat dotē restituere: nō tñ ꝓpterea negat quin etiā non apposito pacto vxore expulsa: dos restituēda sit vt apparet ex ꝓdictis. Restituet ḡ maritus dotem vxori qui sine cā a se expulit. cum fructib⁹ quos (expulsa vxore) recepit.

Opinio hūanior est seq̄nda.

¶ Si aūt vxor dotem non ḥabeat vir qui sine causa eā expulit: reddet vxori quartam partem bonoz suoz ipsius viri. vt probat tex. in. l. fi. C. ō repudijs. z clarius in auc. de nup. §. sic itaq̄ colla. iij. z in auc. quib⁹ mo. natura. effi. legi. §. quoniā autem interpellatiōibus. colla. vj. z in auc. vt liceat matri z auie. §. quia vero legē colla. viij. tz bal. ḥoc multū cōmēdāt in. c. j. §. fi. in fine. de inuestitu. de re alie. fac. li. feudorum. de quo videas rogo. franciscum de pepis in reperi/

Si vxor non ḥabebat dotē z vir eā expulit sine cā.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione.auc.preterea.inj. colum.C. vn de vir z vxor. Ratio potest esse quia maritus affectione mariti debet vxorem tractare z cohabitare cum ea: non ergo debet sine causa ipam expellere vt hic dicitur. Quimo si eam sibi cohabitantem acriter verberaret licitum esset vxori fugere: vt in auct. de nupcijs. §. si quis vitur. als. §. mitiores. colla. z in auc. vt liceat matri z auie. §. si quis autem. colla. vij. gl. in. c. litteras. in ver. sufficiens securitas. supra ō resti. spo. nec tenetur ad maritum redire nisi sufficiens securitas sibi detur vt dicit tex. in. d. c. litteras. in fi. Idem si concubinā adducebat ad domum. nam tūc vxor pōt abeo recedere nec tenetur ad eum redire nisi vir caueat de expellendo cōcubinam. quia non bene ꝓuenunt nec in vno lecto morantur vxor z concubina. ita no. dicit bal. in. c. j. s. vt lite non contesta. j. co. in fi. refert z commendat alexādrinus in .c. ex parte. de sponsalibus in fi. bene facit text⁹ in. l. consensu. C. de repu. ibi cum impudicis mulierib⁹ quod maxime etiam castas exasperat. dixi super rubrica co. 7314. Imo tenetur maritus hoc casu ipam alimentare extra domum mariti secundum cy. z alios in dicta. l. quod in vxorez. C. de nego. gestis. dy. in. l. j. C. de lega. z ibi bal. ij. co. in fine.

¶ Et ex istis infertur no. limitatio ad d. l. consensu. C. de repu. vbi dicitur ꝙ vxor fugiēs a domo viri: redditur de adulterio suspecta: nam debet intelligi nisi vir fuerit causa fuge ipsaz male tractando acriter verberando vel als. quia tūc habetur ac si ipse expulisset sine causa quo casu non pōt propter hoc repudiū mittere. vt ibi no. z est tex. in auc. vt liceat matri z auie. §. qz vero plurimas. in fi. v. si ꝙ contigerit.

¶ Imo plus in cōtingētia facti ꝓsuluit ancha. ꝑ°. 409. z refert ange. in trac. maleficioz. i pte. che me. ap ad ulterato. ix. co. ꝙ vxor cuiusdā ꝙ marit⁹ acriter verberabat z ꝓpterea aufugit z venit ferrariā: maritus habitās bonome accusauit ipaz de furto z adulterio. consuluit maritū nō esse admittendū z posito ꝙ admitteret: deberet interim ipam alere. scōz oldra. ꝑ°. 168. vt refert ang. vbi supra mo z sūptus facere si ipa nō hz alū de. gl. no. in. l. fi. in. v. poterit. C. ō ordi. cogn. Inno. z card. in pūti. abb. in. c. ex pte. in fi. infra. de accusa. vxorē eni acriter verberare nō licet etiaz cū cā. vt dicit glo. no. in. c. sicut alteri us. vij. q. j. moderate tū sic scōm archidia. ibi. z ab. in. c. de fo. cōpe. vbi inter cetera dicit ꝙ nō pōt eā iclude re vel vinculare. Item tū tenet gl. i. c. quē admodū. supra de iureiu. in finalibus verbis.

¶ Vnuz tamen quo ad ꝓdicta nō ē obmittēdū ꝙ hz maritus cui ꝓmissa fuit dos: nō teneat vxorē alere z possit illā a domo expellere si dos sibi ꝓmissa nō soluat. Si tū maritꝰ duxit vxorē ꝓmissa sibi certa dote q̄ nō fuit soluta z simpliciter vxorē alimētauit non poterit postea alimēta repetere ab ipa vxore. vel eius patre vl̄ ab alio quocūqz dotē ꝓmittēte. ita cōsulunt abb. in cōtingentia facti. ꝑ°. 85. incipiēte. facti cōtingentia. in. ij. volu. z lodo. ꝑ°. 517. j. co. qz ex quo nō abstinuit ab obsequio vxoris imo eā iugiter in suo hūit seruicio: teneť eaz alimētare. vt expresse firmat bar. in. d. l. qō in vxorē. C. ō nego. ges. facit tex. in. l. sicut. ff. de opis liberto. z in. l. serui. §. quas ipensas ff. de edilu. edic. z in. l. fz z si qd. §. sufficiēter. ff. de vsufructu. z in. l. in rebus. ff. cōmo. vbi dicit ꝙ teneť ds naturali rōne alimēta z necessaria prestare egro seruo: vel alteri persone

Si maritus propter dotē nō solutā vxorē nō expulit non potest repetere alimēta.

quā ds habet in suo seruicio. fortius ergo tenebitur maritus vxorem alere quāmis esset in dotata ex quo eam in suo habet obsequio. que quidem alimenta repetere non poterit quia propter affectionem coniugalem: videtur sibi donasse etiā in casu in quo potuisset repetere ex quo non fuit ō contrario protestatus. vt videť tex. in dicta. l. quod in vxorem. ¶ Et bene facit textus in. l. si paterno affectu eo. ti. vbi certo casu vitricus gratis videtur alimentare priuignū ex quo de contrario non fuit protestatus. fortius ergo hoc erit dicendum in vxore maxime si non habebat vnde se aleret. Nam in defectum dotis z patrimonij tenetur maritus ex debito coniugali alere vxorem vt voluit Inno. in pūti. cuius dictum ad hoc quotidie allegatur. z notat gl. bar. z alij in dicta. l. si cum dotem. §. sinautem in seuissimo. ff. soluto matrimo. facit tex. in. l. quod si nulla. ff. de religio. z sūpti. fune. vbi dicitur ꝙ si nulla dos sit: maritus tamen tenetur ad sumptus funeris vxoris contribuere cuz alunde non sepelitur ne infamia eiꝰ videatur ꝙ vxor insepulta sit. ita igitur dicendum erit in casu nostro ꝙ ex quo maritus vxorem in suo seruitio tenuit sine dote: debuit eam alere ne eius iniuria esse videatur si fame pereat. Si autem tenetur eaz alere: ergo postea non poterit alimēta repetere. ¶ Ad idem facit textus in. l. nam z si maritus. ff. de condi: indebi. vbi dicitur ꝙ licet maritus nō condemnetur vltra ꝙ facere potest: si tamen fuit condemnatus z soluit: repetere non potest. Idem dixit gl. in. c. j. supra eo. allegando illum tex. ergo idem in casu nostro. ¶ Ad idē tex. melior de iure. in. l. vir vsuras. ff. isto titulo vbi est casus singularis ꝙ si maritus stipulatꝰ est ab vxore sua vsuras pro dote z eas non petierit z per omne tempus matrimonij eam z eius familiam alit titulo donationis: videntur remisse. per quem tex. dicebat ibi bar. ꝙ si maritus in vita sua non petit ab vxore vsuras dotis donare videtur que donatio morte donatoris confirmatur. quod est notandum. ¶ Ad idez facit textus singularis in. l. cum quidaz. §. diuus pius. ff. de vsuris. vbi littera dicit. Diuus pius ita rescripsit parum iuste preteritas vsuras petis quas obmisisse te longi temporis interualluz indicat. qui eas a debitore tuo vt gratior apud eū videlicet eēs petendas non putasti. per quem textum mirabiliter dicit Baldus in quodam suo breui consilio. quod incipit. In christi nomine amen. Bienniuz a die ductionis puelle ꝛc. ꝙ vsure seu alimenta pro dote non soluta marito: debētur post biennium a die ductiōis muleris ad domum mariti z non ante quoniam per lapsum biennij contrahitur mora irregularis. vt. l. fina. §. preterea. C. de iure do. Si tamē maritus longo tempore puta decem annis sterit ꝙ vsuras vel alimenta predicta non petijt: presumuntur remisse adeo ꝙ pro tempore preterito peti non possunt. de quo dicto faciunt festum solemne doctores moderni signanter angelus de aretio. z Jason. in. §. fuerat ante. insti. de actio. z lodo. consilio. 517. v. colum. ver. ij. tamen. vbi videas de eius veritate per quod si verum esset: posset mirabiliter limitari. c. salubriter. infra ō vsuris. cōmuniter tamen doctores predicti damnant istud consilium Bal. vt ibi latissime per eos. Concludamus igitur ex predictis quod maritus qui alimentauit vxorem indotatam propter dotem non solutam. nō potest alimenta postea repetere. ex q̄ ipaz hūit in suo seruicio. ¶ Idem dicas tu si non sit in mariti seruicio

De alimētis priuigni.

Usura.

Pro marito

Usura

Si ckpa mariti vxor si sit ei⁹ seruicio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si clpa mariti vxor non sit rei⁹ seruicio.

ex ipsius mariti culpa. puta propter insupportabilem eius seuiciam. quo casu licita est ab eo separatio. vt ī. c litteras ad finem. supra de restī. spo/ Nam ⁊ tunc debentur vxori alimenta ex quo non stat per eaz quo minꝰ seruiret marito. ar. l. labeo. ff. de cō/trahen. emp. ⁊ est expressum. in. l. gayo. §. vltimo. ff. de alimētis ⁊ cibaria. legatis. ⁊ firmat lodo. in. d. consilio. j. co. in fi. ⁊ per consequēs alimēta sibi prestita repeti non possunt.

De alimētis ꝓstitis vxori sane.

¶ Et ista procedūt non solum in alimentis vxori infirme prestitis quia tunc censentur prestita ex pietate q̄/dam ⁊ affectiōe maritali vt est expſsum in. d. l. qō in vxorem sed etiaz in prestitis vxori sane ad que etiā maritus rōne naturali tenetur vt supradictum est. nec iuuaret hoc casu ipi marito si prestaretur ꝙ intendebat alimenta illa repetere. vt singulariter firmat lodo. in. d. cōsilio reprehēdēs quosdam modernos doctores cōtra/riū tenentes vt ibi per eum. qui hec singulariter ampliat vt procedāt etiam si vxor cum marito fecerit pactū vel transactionē super hoc. ꝓmittendo ipsi marito aliquid pro ipsis alimentis etiam cum iuramēto. Nam virtute huius pacti vel transactiōis nec ipsa nec eius heredes tenebūtur aliquid dare nec morte mariti cōfir/maretur per pulchra motiua ⁊ rationes quas per te videas.

Pōt vir petere ītereſſe ꝓpter dotez non solutam

¶ Fatetur tamen ipe ꝙ ratione dotis promisse non solute: maritus ipe petere potest interesse cessans ex eo ꝙ dos promissa soluta nō est quando maritus erat mercator vel solitꝰ negociari. ar. l. iij. §. fi. ff. de eo quod certo loco. ⁊ l. socius qui in eo. ff. pro socio. vbi dicitur ꝙ in cōsueto negociari moram passo in receptione sibi debiti: haberi ꝓsideratiōnē lucri cessantis. quod plene declarat bar. in. l. vnica. C. de senten. que pro eo ꝙ in te. ꝓfe. Ad idem est text. in. l. fi. §. ꝓterea. C. de iure do. ibi dum dicit. panis ciuilis questuz ⁊c. vbi patet ꝙ mora cōmissa in soluenda dote q̄ cōsistebat in ciuilibus annonis hoc est redditibus qui percipiuntur ex pu/blico: maritus potest vltra dotem ciuilis annone questum hoc est illud qō lucrari potuissz ex dote si sine mora sua soluta fuisset petere. Si autē maritus non erat mercator aut consuetus negociari: pōt petere intereē vltra dotē quod pretēdit rōne dāmi qō sentit eo qō prestat alimenta ex ꝓprio: vbi soluta dote prestitisset ex eadez. ⁊ valida est hoc casu petitio vsuraruz quia ille vt interesse petuntur ⁊ loco interesse succedunt. Et etiam isto casu valida esset conuentio ꝓ q̄ conuent maritus ⁊ vxor dotem promissam sibi non soluens aliquid ipsi marito pro alimentis debere. vt late firmat lodo. in dicto consilio. motus inter cetera per textum quem dicit expressum. in. l. si quis pro vxore. §. si vxor. ff. isto ti. vbi littera dicit. si vxor viro dotem promiserit ⁊ dotis vsuras: dicendum est sine dubio peti vsuras posse. quia non est ista donatio cum pro oneribus petantur matrimonij. ⁊ ita vult ibi iurisconsultꝰ hanc promissionem vsuraz non causare titulum lucratiuum prout est titulus donatiōis seu titulus vere vsure q̄ iurisconsultus lucrum appellat ⁊ dulcedinem. vt est textus nota. in l. ait pretor. ff. si quis in frau. credi. Sed recusare titulum oneroſum ꝓpter onera matrimonij que suppor/tat maritus ⁊ propter que supportat dote non soluta: interesse mariti catur in hoc quia supportauerit illa ex proprio vbi facta solutiōe supportasset ex dote. vt ibi latius per eum post plures alios quos ibi ipe refert ⁊ per angelus ⁊ Jasonē in dicto. §. fu erat ante. abbas in dicto cōsilio. 85.

Si maritus contraxit cū muliere diuite non facta dotis mentiōe

¶ Ampliari etiaz posſunt predicta vt maritus possit vxori alimenta ōnegare ⁊ a domo sua ipsā expellere: non soluz qñ dos promiſsa non soluitur vt loquitur iste textꝰ scōz vnum intellectum ⁊ loqūtur ura predicta: ſvum etiaz si maritus cū aliqua muliere diuite cōtraxit nulla facta dotis cōmemoratione nā ⁊ tūc poterit maritꝰ petere ab vxore ꝙ se doret ex quo hz vñ. ꝙ si nollit: poterit et alimenta denegare ⁊ a se illā expellere quia non debet maritus onera matrimonij ſubſtinere. ex quo dotem nō hz ⁊ mulier est diues que dotem dare potest. ita no. volut. bal. in d. l. fi. C. ō ſten. que ſine certa q̄n. p. ad finem q̄uis. n. a principio nō fuiſſet actum de constituēda dote. tñ ex quo vir incipit ſubſtinere onera matrimonij: potest petere dotez sibi cōſtitui iurta facultatē ⁊ condictiōem mulieris vt mulier sentiat onera dotis. vt voluit glo. singularis in. l. obligamur. §. lege. ff. de actio ⁊ obliga.

¶ Item dos nō est qd extremū ⁊ separatum ipi matrimonio ſz pocius conexum ⁊ conunctum vt. c. de prudencia. s. eo. adeo ꝙ dos non potest eſſe ſine matrimonio. vt. l. iij. ff. de iure do. ⁊ l. fi §. ſicut C. de dona. ante nup. ⁊ iſti de nup. §. ſi aduerſus. Ratione ergo iſtiꝰ cōiunctiōis poterit maritꝰ petere ab vxore doteni q̄uis a principio de dote nihil fuerit dictū ꝙ ſi nollit poterit ei alimenta ōnegare ⁊ a ſe illā expellere. ¶ Et secūduz hoc deber intelligi quod habetur in. l. ꝙ ſi nulla. ff. ō religio. ⁊ ſumpti. funer. ⁊ i auc. quibꝰmo. nā. effi. legi. §. qñi. ⁊ auc. de nup. §. ſi quis eniz. vbi dicitur ꝙ ſi maritus vxorem accepit ſine dote quia non fuit ſibi promiſſa dz illam alimētare tamē ſororē: nec pōt ex hac causa illam expellere: ō q̄ per io. de ymo. ff. vt in poſſeſſionem lega. ⁊ per victall. in. li. clā. charta. ccxij. in fine. alias. inclā. an poſſit renūciari iuri alimētoz. x. co. in fine. nā debet intelligi qñ vxor est inops. ſecus si diues. vt apparet ex predictis.

Si quis iurauit accipe ꝙ in vxorez non mencōe facta de dote: pōt agere vt ſibi dos conſtituatur.

¶ Ex quibꝰ infertur ꝙ ſi aliquis iurauit accipere aliē puellam in vxorem: nulla facta cōmemoratione dotis: non tenetur eā accipere niſi dos ſibi conſtituatur. Si enim poſtē illam duxit in vxorem nulla facta dotis mentione: pōt ab ea petere vt ſe doret: alias pōt illam expellere vt ſupradictum est: a fortiori poterit eam nollentem dotē conſtituere non recipere. quia cui damus actōem multo fortius exceptionē. vt. l. j. §. qō autē ff. de ſuperficie. ⁊ c. qz admodum. s. de iure iura. iſta est pulchra deciſio bal. in. c. iurauit. s. de ꝓba. Nec obſtat si dicatur ꝙ matrimonium pōt eſſe ſine dote. vt. d. l. fi. C. de dona. ante nup. vnde conditio ſi se dotauerit est conditio extrinſeca. Cōdictiones extrinſece non ſub inteliguntur niſi exprimantur vt. l. ſi ita ſtipulatꝰ §. griſogonus. ff. de ver. o. qz ad hoc reſpondetur ꝙ licz matrimoniuz ſit poſſibile ſine dote: non tamē ē decēs vel honeſtū. tacite ergo videtur ſēſū de dote vl' totꝰ patrimonij mulierſ: vel partis; put vir dignꝰ ſtiterit iuris no. ī. l. mulier bona. ⁊ l. quero. ff. de iure. do. Et hoc maxime ſi pater mandaret filiam nuptui tradi. nam tunc in diſtincte pater videtur de dote ſētire. quāurs de ea nulla ſit facta mentio. ar. l. theopompus. ff. de dote prelegata. ſcōz bal. in. d. c. iurauit.

¶ Idem dicas tu ſi non mādaret ſz conſentiret ꝙ filia nuptui tradere/tur: nam tunc eodem modo videtur de dote ſentire ⁊ tenebitur eaz dotare q̄uis de dote nihil ſit dictuz vt vo

Universidad de Deusto
Biblioteca

luit nota. bar. in.l.si cū dotē. §. trās grediamur. ff.co. ff. so. ma. ar. tex. i.l. ij. i prī. ff. ad mum. t.l. honores in fi. ff. de adoptio. vbi dicit q̄ si pater cō sensit q̄ filius ad honores ꝓmouere tur: ꝙ consequens videtur le constituisse fideiussorez ꝓ eo t teneat. unde quicq̄d in re publica filius gessit. sic ergo in casu nr̄o ꝓsentiēdo pater q̄ filia cōtrahat matrimoniū tacite videtur sentire de dote vt eam constituere teneatur.

¶ Sed si filia contra

De filia matrimoniū cōtrahēte sine patris ꝓsēsu

herer matrimonium sine patris mandato vel cōsensu: vel forte eo inuito: non posset ipsa vel marit⁹ agere contra patrez vt dotem sibi restituat. q̄ hoc casu pater non teneretur filiaz dotare. hoc probatur primo per tex. in c. honorātur. xxxij. q. ij. vbi littera dicit q̄ non est virginalis pudoris q̄rere maritum: sz cure paterne relinq̄n dū est. t alibi dicitur q̄ pater ꝓ liberis suis consiliuiu capit vt. l. nec in ea. ff. ō adul. ¶ Et inde est q̄ si pater in testamento dixit filiuz esse prodigū: debet iudex credere: nec a vero patris consensu discedere. vt est tex. singu. in.l. si furioso puberi. in. fi. ff. ō cura. fu. ¶ Ex quo inferri potest vna singulare verbū t quotidianuz q̄ si pater i suo testamento ꝓhibuit filio alienationez sue legitime donec haberet etatem viginti quiqz annorum. quia non reputabat eū integri sensus vel alias: valebit ista cōdictio t credetur patri super hoc. nec dicetur grauamen legitime impositū ad hoc bon⁹ tex. in. l. multi non note. ff. de libe. t postu. t in.l. filius matrez C. de in offi. testa. p bar. in.l. cū ex filio. in prin. ff. de vul. t pupi t pau de castro. ꝓ°. 234. licz aliud senciat frā cisc⁹ de aretio. ꝓ°. 19. de quo p pau. de mōte pico. in repetitione. l. in q̄rtam. ff. de vulga. t pupi. xliij. co. v°. oc

Firmum est ꝟsilium patris pro filio.

Patri dicenti filiū esse prodigum debet credi.

Nō ꝓ filio.

tauo possz. quos videas p te. Idem sentit bar. in.l. filiū familias. §. diui. in. v. opositiōe. delega. j. vbi dat consilium patri volenti prohibere filio alienationē legitime q̄ exprimat cām videlz. q̄ purat filium minus industriosum nec aptuz ad regendū t gubernandū sz dilapidatorez. nā tunc creditur patri q̄ presumit̄ fecisse ad vtilitatem filij vt apparet ex predictis t firmat pau. in. d. ꝓ°. t est tex. valde notādus in.l. nihil. v°. facilior. ff. ō bonis liber. vbi pater ꝓsumitur oia facere vt paret filijs. t ꝓpterea pat̄ appellatur gestor negotiorꝫ filij. t facit illō ꝟgilij. omis in ascanio charis stat cura parentis.

¶ Ad idem facit tex. in.l. scripto. in fi. ff. vnde libe. tex. etiā in.l. isti quidē ff. q̄ me. cā. vbi dicitur q̄ pater fortius amat filiū q̄ seipsuz. faciunt multa alia q̄ cumulat andreas sicul⁹. in repetitione. c. rainaldus. ō testa. ccxci. co. ¶ Ex quibus infert ad id q̄ oliz accidit duz alias eēt q̄daz occisus: t pater t filius eēnt acusati de homicidio de quo constabat: non tamē apparebat an pater vel filius occidissz: carolus ij. fecit adducere patrez t filium ad furcas t fingit īcipere a filio q̄ reuera fecit homicidium: pater amore filij ne filiꝰ occideretur: dixit se fecisse homicidium t tamen amore filij fuit suspensus. q̄ non ē amor qui vincat paternum vt. l. fi. C. ō cura. furio. t. l. quidā cū filium. ff. ō heredi. instī. ¶ Ex quo dicebat bal. in d. l. fi. in quibusdā lecturis t refert t sequitur alexan. in.l. q̄stionis. in fi. ff. de q̄stio. in apostillis. t in.l. fi. §. si quis aūt. ff. de bonis eoꝝ qui mor. si bi cōsci q̄ si citat̄ pater t nō vult cōparere, dz capi eiꝰ filiꝰ: q̄ verisimile ē q̄ tūc comparebit t confitebitur. Idem si pater t filius inculpantur ō delicto nā si torqueatur filius in presencia patris statim confitebitur.

Dari⁹ ē amor patri ad filium.

De filio toi quendo.

¶ Ad hec bñ facit tex. in. §. fi. instī. de notali. actio. ibi quis. n. patitur filium suuz. facit etiā tex. t q̄ ibi cumulat felli. i. c. afferte. de presump. in. ij. no. Ex quibus oib⁹ t multis alijs q̄ breuitatis causa obmittunt̄ apparet quantus amor sit inter patrem t filium t cōsequenter quomodo patris consiliuz erit filio ꝓficuū. quod filio non licz spernere. ¶ Si ergo filia sine consilio t consensu patris contrahit matrimonium: t ita impudenter t irreuerent̄ se gessit erga patrez: iustum est q̄ pater eam non dotet. nō. n. frustra iura ciuilia requirunt consilium t cōsensum paternū in matrimonio filie. nam per illō optime ipis mulierib⁹ consulit̄: q̄ sepe cōtra ꝓpria laborāt comoda propt̄ sexus t etatis infirmitatē. vt. l. si pater in fi. C. de sponsa. Req̄rere aūt consiliuz patris consanguineorū vel amicorū in matrimonijs Zhendis: non est cōtrariū matrimonio. ymo ei⁹ nature consuetū. vt. l. vidue. t. l. in copulandis. C. ō nup. t firmat pau ō castro ꝓ°. 88. incipiente. vl̄ dicendū. quem reffert t sequitur felli. in. c. ex parte de cōsti. iij. co. v°. sz vltra oēs cōcludētes, q̄ condicio si nupserit de cōsilio talis nō ꝟmittur nec reprobat̄ a iure. t ꝓpterea cōsuluit idem pau. in dicto ꝓsilio. q̄ heredes grauati de maritanda filia testatoris cū consilio tercij: si eam maritauerūt in consulto tercio: perdunt hereditatem iuxta auc. hoc amplius. C. ō fidei comissicz. n. differatur potestas nubēdi ꝓpter requisitiōez talis ꝓsilij: nō tū conditio reprobat̄. vt ꝓbat tex. in. l. cū tale. §. meuie. ff. de condi. t demōstra. t. l. sz si hoc. §. fi. eo. ti. idē tenuit io. ō ana. consilio. 15. incipi. circa testamentū. vñ non obstante hac dillatiōe seruari debet voluntas testatoris hoc casu. q̄ conditio inducens viduitatem respectu certi tp̄oris valet vt ibi.

Cōsensꝰ patris in matrimōio filie exp̄etandus ē.

Ex istis ifertur ad vnū satis quotidianum t notabile q̄ valet statutū laicorū puniens Zhentez matrimonium cū filia alicuius sine patris cōsensu: vt no. volunt bal. in ru. de cōsti. s. pe. co. v°. an valeat statutum. dicēs q̄ substātia matrimonij nō potest ꝓhiberi per laicos. sz bene possunt statuere circa qualitates: vñ si reipu. interest talia conubia non fieri: ne fiat scādalū in populo: tenet adiectio pene: sicut tenet ne malis moribus ciuitas informetur: vt. l. j. C. de secūdis nup. Nam homicidium cōtra naturam est. t tamen ꝓ accidens est ꝓmissum: ita q̄z plerū q̄z magis considerat̄ accidens q̄ natura: q̄ accidēcia naturam obnubilāt t regūt. vt. C. de adulte. l graccus. ff. de postulan. l. j. §. beltias. Omnia ista accidencia vocantur q̄litates in iure nostro: q̄ sunt quedam adiectōes scōz eoz.

¶ Idem voluit ipse in. c. cūm in prī. v°. sz hic queritur. s. de iudicijs, dicēs valere statutū: q̄ ꝓpter vitandum scandalum ciuitatis nullus possit cōtrahere matrimoniū cū terrena sub pena capitis: q̄ non punitur matrimoniū: sz qualitas. vt. d. l. j. de secun. nup. in matrimonijs. n. non punitur matrimoniū in q̄ntū matrimoniū: sz pōt puniri in sua qualitate vt ff. ō cōtrahend. l. non tm̄. §. si emancipat⁹.

¶ Idem voluit bal. in. c. tenor in fi. supra de reiudi. dicēs q̄ in matrimonijs pōt appōi pena per statutum ciuitatis: ꝓter q̄ quo ad impediendum substātiam matrimonij. ¶ Hoc idē clarius tenet idem bal. i. l. oēz. ad fi. C. ad terculianū, dicēs valere statutū ciuitatis: q̄ punit cōtrahentē matrimonium cū filiofa. sine ꝓsensu patris quia Zhere sine consensu patris est contra bonos mores omniū t maxime prudentum: t inducit odiuz capitale: vt. d. le. iij. §. si emancipat⁹. ff. de Zhabul. t ideo valet statutum nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia verat substantiaz matrimonij: hoc enim nō potest facere nisi papa: ſz quia punt malos mores:in repu. facinora seminantes.hec sunt eius ꝟba notāda t ad propositum nostruz satis acomodata. ¶Hoc idem fuit de mēte eiusdez bal. in.l.ij.§.docere in.fi.ff.ne quis eum qui in ius vo.ē. vi exi.q̄z refert t sequitur iaso.i.l.ij. in fi ff.de iuris.o.in vbi dicit valere statutū quod nullus guelphꝰ possit cōtrahere matrimonū cū aliqua de comitibꝰ albertis sub certa pena. vñ si contraxerit matrimoniū : incidit i penam;secus ſ cōtraxit sponsalia.

¶Idem sentit bal.in.l.j.§. ius naturale.i.co. ꝟ.ſz hic q̄ritur.ff. de iusti.t iure. vbi decidit valere statutum ciuitatis.ꝙ nemo accipiat gebellinam in vxorem sub pena mille librarū:nā hoc facit lex.ff.de diuor.l.ꝙ ait. Nō enim infectum est matrimonium: ſz pena cōmittitur. Si ergo tale statutum fit propter aliq̄ publicā vtilitatem vel equitatem tenet statutū respectu pene.Ł. ō iterdic.ma.l.tutor Ł. de secūd. nup. lDec ille.quem refert t se t sequitur ange.iſti.de iure nā.ij.co. ꝟ.q̄ro an p statutuz. Idē voluit ange. de perusio.in.d.§.ius naturale.i fi. ꝟ.item facit;vbi dicit valere statutum ꝙ non possit cōtrahi matrimonium cū agnatis.quia quedam matrimonia ō iure ciuili ꝓhibent. insti. de nup.in prin. ſz statutum est ius ciuile ergo.postea inducit ꝙ statutum non pōt fieri ad impediendū matrimonium:qz est de iure diuino. Sed quantū ad impediēdū ius patrie potestatis t effectus successionis: bene potest qz sūt de iure ciuili. insti.de patria potestate.in prin. lDec ille.q̄z refert t in effectu sequitur iason in.d. .l.j.§.huius studij.co.iij.ꝟ.hinc dubitant bal.t ange. idem est de mēte baldi.pº.329.incipiente statuto terre q̄rta pte vbi ꝓsupponit valere statum ciuitatis ꝙ nullus cōtrahat matrimonium cū muliere non habēte patrem vel matrem:sine cōsensu fratris carnalis ipsius mulieris sub certa pena.tc. ¶Idem voluit bar.per illum tex.in.l.adiicimus.Ł.de murilegul.li.xi.vbi ꝓhibitum est mulierē monetariam nubere extraneis. ex q̄ dicebat ibi bar. valere statutum ꝙ inter homines diuersarum terrarū nō contrahatur matrimonium sub certa pena:quātum ad hoc ꝙ cōtrafaciens incurrat penam:si possunt honeste nubere seruata forma statuti. qz in qualibet secta tot sūt quod possint matrimonia contrahi.ad hoc.l. cum ita.t.l.sequens.ff.de condi. t ō mōstra.ſcōz bar. vbi supra.quem sequitur ibi ange.t.io.de pla.refert t sequitur ange.de arecio . insti.de iure natura.ij.co. ꝟ.quero an p statutum ¶Idez voluit bar.pº.incipiē.latoz presentis cedule t bal.in. l.si matre. Ł.de suis t legi. heredi, vbi dicit ꝙ stāte mediolanēsi statuto ꝙ mulier nupta extra territorium mediolani: nō succedat in mediolanensi territorio.quedam mulier mortuo patre īmiscuit se hereditati paterne : ō inde nupsit cuidam mutinen i. an perdit hereditatem paternā: decidit ꝙ statutum ōbet intelligi in acquirendis: non acquisitis priusq̄ nuberet. Si ḡ prius nuberet:excluderetur ab hereditate vigore statuti secundum eū.

¶Bene facit ad hoc quod voluit andreas de pserna.in.c.j.§.j. de ꝓhibi. feu.alie p lotha.facit etiā tex.cū glo. in.c.cū scōz leges de hereticis. li. vi. dum dicit tex, et mulier humanā legem transgrediens:t p̄sertim patentibus suis non consentientibus raptoris nupcias elligēs.ex quo dicebat ibi glo.in. ꝟ.certo casu. ꝙ lez matrimonium cōtractū cū raptore teneat

de iure.vt.c.cū causa.de raptoribus mulier tñ que cum raptore cōtraxit perdit bona raptoris que sibi a lege ōferebantur. Ł um.n.mulier hoc casu tractet de lucro captando:: non ō diminutō ſui patrimōij: t pena illa per legem sibi obueniat:quare lex eo qō ꝓfert ꝓuare non pōt:hanc glo. sequti fuerunt doctores magne scīē cie t auctoritatis.lapus abbas. t io. de sancto georgio t baldus. dicentes per hoc valere statutū ꝙ filia nō cōtrahat sine patris consensu. Idez tenet calde in.c.ij.s.ō desponsa impu. t cardinalis t gaspar de calde . in.c. gemma.de sponsa.anto.in.c.j.eo.ti. Seruanda ergo sunt iura ciuilia patris cōsensum in matrimonio filie requirencia.de quibus supra habita ē mencio ad idem.l.paulus ff. ō statu homiz. t.l.sint proponis. Ł.de nup. ¶Et ita ꝙus alias ō iure ciuili matrimonia debeāt esse libera .l. ticia ī principio.ff.de ꝟbo. o.l.ij. Ł.de mutuis sti. t tamen requiritur consensus patris vt ex predictis apparet. t no. in c.sufficiat.xxvij.q.ij. Ild hoc bene faciunt notata in .l.cum ita legatur. t in.l.hoc modo.ff. de condi. t demo vbi dicit ꝙ licet mulier ex dispositiōe testatoris prohibeatur cū certis ꝑsonis contrahere: non videtur illa dispositio viduitatē inducere:aut libertatē matrimoniuz contrahendi auferre. Sicut enim testator hoc pōt facere ita t statutū ꝓhibēdo filie:ne matrimoniū cōtrahat sine patris cōsensu.

¶Nec videt hoc iuri canonico aduersari: qm̄ reperimꝰ ꝙ valet cōsuetudo circa accidentalia matrimonij .ſ. quo ad dotem vt notanter voluit hosti. quē alij sequūtur i.c.j.s.ō spōsa . Imo etiam valebit circa validitatē matrimonij vt notatur in.c.j. t in.c.sup eo.s.ō cogna.spi.t.xxx.q.v. c.i. vbi littera dicit,aliter legitimum nonsit coniugiuz:nisi a b his qui sup ipsam feminam dominationem habere videntur: t aquibꝰ custoditur vxor petatur: t aparentibꝰ t propinquioribus sponsetur t cete. ad idez c.nostrates t.c.qualis eadem causa t.q.ecce quomodo illi textus videtur requirere parentum consensuz.

¶Facit p̄terea textus no.in.c.cum inhibicio quasi p totū ti. infra de dā desponsacione:vbi ꝓhibentur matrimōia clandestina cōtrahi sub pena. Ił ita valet ꝓhibitio quo ad qualitatem matrimonij . valebit ergo quātū ad hoc vt sine patris cōsensu filia matrimonium nō ꝓhat.

¶Presertim cum hoc statutum foueatur sancta t honesta ratōne.ſ.ne mulieres ꝓpter imbecilitatē etatis: t fragilitatem sexus agerent contra propria comoda vt.l.ſi pater. Ł. de nupc. t.l.ij. Ł. ad velleia. t.l.fi.§.fi. lij aūt. Ł. de bonisque liberis,in matrimonijs enim cōtrahendis: non solum quod licet:ſz quod honestum sit ꝓsiderandū est.l . semp in ꝟiuncti bº.in princi.ff.de ritu nuptiarū. cum aūt licitum t honestuz sit quod filia non cōtrahat matrimonium sine patris consensu.vt patet ex predictis:ḡ illō considerandus est. ¶Maxime quia statutū requirens patris consensum:in matrimonio filie:nihil de matrimonio disponit:ſz solum qualitatem matrimōio: que est diuersa t separata a matrimonij: separatz autē separata debet esse ratio.l.nules. §. defuncto.ff.de adulteriis.c. edoceri de rescriptis: t.c.c apostolica de his que fiunt a prelato. Ił si dixeris ꝙ in matrimonio laici nihil directe/vel indirecte disponere possunt : tum qz inferiores .c.cum inferior de maiori t obedien.tum etiam quia est sacramentum t res spūalis. t ne ex hoc timidetur matrimoniuz. vt.c. gēma cum ibi nota.s.de sponsalibus, lResponderi potest ꝙ licet statutum lai-

Universidad de Deusto
Biblioteca

corum non possit ex toto legem diui
nam tollere vt.d.c.cum inferior.t.l.
nam t magistrat⁹.ff.de arbitris: po
test tamen illaz distinguere: t in cer
tis casibus limitare vt notatur in.c.
que in ecclesiarum.de consti. t in.c.
nouit.de iudicijs.t i.c.in omni nego
cio.de testib⁹ t in.l.j.ff.de cōsti.prin
cipum.t in.l.fi. C. si contra ius vel
vtilitatem pu.t in.l.si vnus.C.ō te
sta t in.l.fi.C.de fideicomissis. cuz
similib⁹. ¶ Preterea si attēte sacras
legim⁹ scripturas: nō longe a jure di
uino erit in matrimonijs filioz con
sēsū iteruenire parētū. Abraāeni p
cepit vt filius suus ysaac nō accipet
vxorem ō filiabus chananeoz: sed de
cognatione sua.genesis. xxiij.c. nec
precepisset nisi de iure precipere po
tuisset: t in matrimonio filij potesta
tem habuisset. ¶ Item seruus a/
braam pro conugio rebece: non re
quisiit puelam: sed parentes eius:
qui responderunt. en rebeca coram te
est: tolle eam: sit vxor filij domini tui
genesis.xxiij. ¶ Item agar accepit
vxorem filio suo ysmaeli ō terra egip
ti genesis.xxi. ¶ Itē ysaac precepit ia
cob dicens non accipere conugem ō
genere chanaaz: sz vade t proficiscere
in mesopotamiaz syrie ad domuz ba
tuel: t accipe tibi inde vxorem de fi
liabus laban. t iacob licet arderet a
maret rachel: t semel deceptus si
ne patris consensu eam in conugem
non accepit. genesis. xxviij. Item la/
bā promisit dare t dedit filias suas in
vxores iacob. genesis. xxix. ¶ De
esau etiam refert ioseph⁹ de antiq
tate li.j.c.xiij. Esau inquit cum eet
annoz quadraginta duxit vxores a/
ganuda meloms filiam: t alibamin
eusebius virorum inter chananeos
valde potencium: semetipsum facies
dominū in potestate naptiaz: t nec
patris consilium sumens: quia nec p
miserat ysaac: si in eius voluntate iace
ret. Non enim habebat libenter ad
prouiciales suam copulare cognacio
nem: nolens aūt molestus esse filio:
vt uideret eum a mulieribus absti/
nere: tacere ōcreuit. per qō patet q
si ysaac voluisset prohibere nupcias
filij: posset: tanquā non factas de ei⁹
consilio t consensu. ¶ Item sichem
post quaz stupraut dinam filiam ia/
cob: dixit patri suo accipe mihi puelā
hanc in conugem. locutusqz est pa/
ter sichem ad iacob dicens. sichem fi
lij mei adhesit anima filie vestre: da
te illi eam vxorem: t iungamus vici/
sim connubia. filias vras tradite no/
bis: t filias nostras accipite. genesis
xxxiij. Sichem t pater su⁹ gentiles
qui in potestate sua habebant puelā
t tanto eam prosequebantur amore
nolluerūt tamē eam matrimonio co
pulare ñ patris consensus accederet
¶ Item iudas filius iacob ōdit vxo
rē primogenito suo. genesis. xxxviij.
¶ Item exodi.xxij. dicitur si seduxe/
rit quis virginem necdum desponsa
tam: dormieritqz cuzea: dotabit eaz
t habebit vxorez. Si vero pater vir
ginis dare noluerit: reddet pecuniā
iuxta modum dotis. t habetur tran
sumptiue in.c.tria. cū sequentibus.
xxxvi.q.ij. t in.c.j. infra ō adulteris.
¶ Item deuteronō. xxij. dr filiam ō
ci huic vxorem. ¶ Item caleph dixit
qui acceperit istam ciuitatem. dabo
ei aram filiam in vxorem. iudicum.i.
¶ Item sampson cum antea inspe
xerat mulierem: requisiit patrez su
um dicendo: accipe queso hanc mihi
in vxorem iudicū. xiij. Et postea so
cer dixit ei putaui q odisses eā: ideo
tradidi illam amico: sed habet soro/
rem: sit tibi pro ea vxor. iudicum. xv.
¶ Item saul promisit dare filiaz suā
vxorem ic.j.regum.xvij.t.xxviij.
¶ Jrēdixit tobi. ad raguelez. hic nō
manducabo: nisi promittas mihi sara
filiam tuam in conugē. thobie. vij.

Honor t re/ nerencia de/ bentur parē tibus.

¶ Item ecclesiasticus dixit filie tibi
sunt serua corpus illarū t non ostē
das faciem hillarez ad illas. trade fi
liam: t grande op⁹ feceris: t homini
sensato da illam. ecclesiastici. vij.
¶ Non ergo debet filia sine patris
consensu matrimonium cōtrahere:
nec per hunc modum patrez iniuria
afficere ac tedio contristari. Quem
pocius honorare eūqz reuereri te/
netur. adeo q ex magno beneficio a
patre in filiaz collato nihil ꝺdignuz
filia patri retribuere potest vt testa
tur pbs ethicoz. viij. Dant enim pa
rentes filio tria. primo stabilimētuz
quo ad esse. ecclesiastici. vij. honora
patrem tuuz: t gemitus matris tue
non obliuiscaris. memento quoniaz
nisi per illos: nat⁹ nō fuisses. Secū
do nutrimentum siue fulcimentum
quo ad necessaria vite. nud⁹ eniz in
trat filius in hunc mundū vt dicitur
iob.j. Sed aparentibus subsistenta
Tertio documētum hebreoz. xij. pa
tres quidem carnis nostre eruditō/
res habuimus: t qz esse habem⁹ apa
rentibus debemus eos magis reue/
reri quā dños. vnde ecclesiastici. iij.
qui timet dominum: honorat paren
tes: t quasi dominis seruiet. Itez qz
dant nobis nutrimentū in puericia:
t nos debemus eis dare in senectute
eccle. iij. fili suscipe senectam patris
tui t non contristes euz in vita illi⁹.
Item quia docuerunt nos debemus
eis obedire ad collocenses. iij. filij o/
bedite parentibus vestris p omnia.
Si ergo filia immemor beneficioꝝ
q̄ recepit a patre: mutat sine eius cō
sensu t volūtate: non est sibi obediēs
vt docet apostolus: t cōtristatur pa
trem contra dei preceptum t volun
tatem. vnde non tenebitur eaz dota
re vt supra dictuz est. Qua ppter in
stum videtur q filia cū patris consē
¶ Reputantur etiaz isti filij turpes persone z propterea licz frater non possit q̄relare fratris testamentum nisi turpi persona instituta. vt. l. fratres. C. de inoffi. testa. tñ si frater instituit aliqz adulterinū z similes: po

De vroze q̄ maritū turpē istituit heredem.

terit alter frater q̄relare scōz cynum. d. l. fratres z ibi taso. in fi. z bal. in l. j. C. ō naturali. libe. facit. glo. in l. turpia legata. ff. ō lega i. z qō no. i. l. z si pepercerit. ff. de libe. z postu. z in. c. innotuit de electio. z per totuz ti. de filijs pre.

¶ Ex his infertur ad vnum qō ego habui in pratica filius cuiusdā sacerdotis contraxit matrimonium cum quadam muliere: que morti proxima condidit testamentum in quo maritum heredez instituit: fratres z sorores legitimas preterijt vl' exheredauit: fratres z sorores q̄rellabant testamentū sororis: q̄ turpē instituerat psonā: dixi q̄ poterāt p pdicta. z hoc fere in terminis nr̄is consulendo decidit paul⁹ de castro: consi. lxi. incipiente ad primū videt. vbi loquitur de ea q̄ maritū pdēnatuz ex causa q̄redebat eū infamē heredem istituit: fratrib⁹ z sororib⁹ pteritis: qui testametum querellabāt q̄ turpem instituerat psonā. dicit hoc recte fieri posse p. d. l. fratres. ¶ Ad cuius cōfirmacionē facit q̄ i similib⁹ terminis cōsuluit angelus consi. clxxi. incipiente petrus vbi dixit q̄ si quis cōcubinā heredē instituit pteritis vel exheredatis fratrib⁹ vl' sororib⁹: poterūt fratres z sorores q̄rellare testamentū fratris q̄ turpē istituit psonā v. d. l. fratres q̄ est valde notandū signanter ad ea q̄ dicta sūt in rubrica. co. clvi. §. ex istis inferr cuz sequentib⁹. vbi de donatione facta concubine dicebam:

Spurij excludunt a successione.

¶ Excluduntur etiaz isti a successione oīz ascendentiū per lineam masculinam vel femininam. vt in auc. q̄b⁹mo. na. effi. legi. §. fi. colla. vi. z i. auc. q̄b⁹mo. na. effi. sui. §. fi. colla. vij. z. l. q̄ cōtra. z. l. si quis in cesti. C. de incestis nup. z auc. ex complexu. eo. ti. z. c. latoz. z. c. causāq̄z. s. qui filij sint legi.

¶ Quīmo de iure ciuili excludunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiā ab alimētis vt dicto auc. quib⁹ mo. na. effi. sui. §. vltra siquidē. ibi. nec alendus est a parentibus. z auc. ex complexu. C. de incestis nupciis. no. i. c. per venerabilē. s. qui filij sint legi. equitas tñ iuris canonici voluit ꝙ aparentibus alerentur. vt. d. c. cū haberet. cui debemus stare etiam de iureciuili ꝓpter naturalez equitatem quam considerauit canō. s. quia educatio filioꝝ est de iure naturali introducta z ex instinctu nature procedit. i. di. iusnaturale ibi puerorū educatio. qō adeo verū est ꝙ si pater filio indigenti alimēta denegaret: nō eēt a reatu homicidij immunis. vt. l. necare. ff. de libe. agno. ¶ Istud coiter tenetur ꝙuis bal. in. d. auc. ex cōplexu. videatur sentire ius ciuile remanere incorrectū in filijs nefarijs z incestuosis z solum in spurijs simplicit corrigi p. d. c. cū haberet. ſz si bñ aduertatur ille text. est contra decisionē bal. quia loquit de adulterino: nō de simplici spurio. vñ oēs illū intelligūt de filio exꝙcunqz coitu dānato nato vt sit alendꝰ a patre z per conseqns dotandꝰ. vt supra dixi. z idem de filia q̄ sine consensu patris ꝛc.

Filie intranti religioēm pater non denegat dotez.

¶ Secundo matrimonium carnale z spirituale equiparantur. vt. c. inter corporalia. s de translā. prelato z cardi. i. c. tue infi. s. spōsa. abb. in. c cū terra. fi. co. s. ō ellect. dicens ꝙsicut vallet illecio per metū facta quando electores non compelluntur elligere certum sed aliquem de certo genere personarū: vt ibi z i. c. cū dilectus. supra ō consue. z in. c. abbate de verbo. signi. sic etiā valleb it matrimoniū carnale per metum contractum quādo non fuit quis cō pulsus cōtrahere cū certa psona: sed cū aliqua de certo genere quam ipe ellegerit. qō dictuz mirabiliē limitat rex. in. c. cū locū. s. ō spōsa. z alia iura

Matrimonium carnale z spūale equiparantur.

que volunt nullū esse matrimoniuz metu contractuz. z sic in effectu arguit do. ab. ō matrimonio spirituali ad carnale. idem tenet iaco. zochus i. d. c. cū locū z sequit ibi alexādrinꝰ pe. co. Sed est ita ꝙ si filia etiaz minor xxv. annis: sine patris cōsensu cōtrahat matrimonium spūale: intrando videlicet quācumqz religionē: nō poterit pater ex hac causa illaz exheredare: vt. l. fi. C. de epi. z cle. ymo tūc tenet pater eam dotare vt como de possit stare z viuere in seruicio dī z tanq̄ dei spōsa vt monasterij possit onus alimētationis subire. vt no. voluit bal. in. d. l. fi. C. de dotis prōmissio. z fuit de mente bar. in l. j. §. si parens. ff. si quis a parente fue. ma.

¶ Qui ymo etiam si semel fuit nupta: licz cum ampla dote z nūc vidua vellit religionem ꝓfiteri: tenebit pater eādem dotez assignare monasterio. vt voluit io. an. in addi. ad spec. isto ti. §. formatis ad finem glo. z cy. in auc. ſz ꝙuis. C. de rei. vxo. act. ſergo eodem modo nō poterit pater filiā exheredare si ante. xxv. annum cōtrahat matrimoniū carnale cū quocūqz nulla ꝓmissa dote z sine patris consensu. z per cōseqns ex hac ca nō poterit alimenta nec dotē denegare cum dos succedat loco alimentoruz vt supra dictum est.

Pro pauperibus.

¶ Tertio propter necessitatem compellitur quis opꝰ pietatis exercere vt est glo. q̄ ibi no. ab. i. c. i. supra ō emp. z vēdi. glo. i alia. i. c. humanum genus. in. v. inferre i fine i. di. ¶ Ex quo dicebat glo. no. in. c. sicut xlvij. di. z in. c. dño sacro. in. v. necessitate. ſo. di. alia in. c. exigunt. i. q. vij. glo. j. ꝙ pauper pōt implorare officiuz iudicis cōtra diuitē vt ei subueniat tpore necessitatis. z hoc idez firmat abb. in. c. cū causaz. fi co. sup de illect. z in. c. nouit. xvi. co. supra de

iudicis. z in. c. siquis per necessitatē. infra de furtis.

Elemosina.

¶ Et facit ꝙ voluit sanctꝰ thomas scōa scōe. q. xxxij. ar. v. vbi dicit ꝙ ꝛ stituto in extrema necessitate: tenet quis elemosinam facere si habeat vñ qñ hoc casu elemosina est in precepto secundū cuz q̄m refert z sequitur abba. in. c. si vero. iij. co. supra de iureiur. z idē tenet archi. in. c. j. i. di. sic ītelligēs glo. ibi. idē tenēt multi alij quos refert ibi fellinus. infine.

Dos est causa pia.

Sed ita est ꝙ dos est pia causa vt est textus no. z forte non alibi ita bonꝰ in. l. cū his. §. si mulier. ff. de condi. i de z sentit glo. allegando illum text. i §. is quoqz. in. v. accepisset insti q̄bꝰ mo. re ꝛ. obli. z in. §. fi. in. v. quod p errorē. insti. de obliga. q̄ ex q̄ cōtra. z in. l. j. C. de cōdic. indebi. no. bar. i l. si cnostante. in. ix. q. i. ptis in fi. ff. so. ma. z in. lege. si ego. in pri. z in. §. pº. ff. de iure dot. z est expressum. in. l. regni. v. pri. ti. xiij. l. xxv. ¶ Et inde est ꝙ in causa dotis cuz sit pia iudex suppleat ex officio suo non petito. vt ē casus no. in. l. si cū dotē. §. eo autem tēpore. ff. so. ma. scōz raphael z paul. ibi. z alexan. in. l. iuj. §. hoc aūt iudicium. in prin. ff. de dāno infecto. ¶ Ex quo infert ꝙ iudex ex officio suo nemine petēte pōt decernere dotē filie eo casu quo pater nō prouidet. vt est tex. valde no. in. l. pfecticia. post prin cipiū. in v. ſz z si proponas. ff. de iure do. perq̄z ita dicit bar. i. l. j. in. iij. co. ff. so. ma. lodo. in auc. simuliter. ff. ad. l. galcidiam. vi. speciali. alexan. in. d. §. hoc aūt iudiciuū. de quo etiaz per bal. in. l. q̄ liberos. ff. de ritu nupciaz. ¶ Et ex his dicebat bar. i. d. l. si ego in. de iure do. z bal. in. d. §. si mulier. z in. l. vnica. in fine. C. de his q̄ pene noie. z in auc. nisi rogati. iij. co. v. q̄ro nunqd monasteriū. E ad trebell. z impleris qz alijs locis de quibus p alexan. in. d. §. si mulier in apostillis

Legata pro virginibus maritandis dicūtur pia. z hoc qz vt dicebat bal. i. l. post mortē. pe. co. C. de fideicomi. legata p virginibus maritandis: videntur relicta respectu dimi numinis z possint dici quodam modo relicta ipsi deo immortali. z ppterea non pñt conuerti in aliū piū vsuz per executores testamēti etiā auctoritate episcopi z ita assignari puelle ītrauti monasteriū scōz bal. i. d. auc. nisi rogati. nec ō tali legato dotis vt pro dote: detraheretur falcidia. scōm bal. z ange. in. d. l. cū his. §. si mulier.

¶ Et inde est ꝙ si testator reliquit berte pro se maritando decem: debētur sibi ꝛ ipsa fuerit nupta tempore testamenti. vt. ff. ō cōdictio. z domo. l. si iam facta z. C. de instit z substi. l. antepe. secus si esset relictum p incerta puela maridāda quia nō habebit locū in iā maritata. ita notāter dicit bal. in. l. fi. ad fine. C. ō sententi. q̄ sine certa quanti. de quo menuit elerā. cōsi. 146. co. ij. vº. volumine z iason in auc. res q̄. C. cola ō legatis. co. vj. de quo infra lacꝰ dicēt in seqnti co. z co. v. et hoc dicebat. ¶ Quo autem tpe debeatur legatū facturz p puelis maritandis: vide no. p bar. i l. ticio centū. §. fi. fi. co. ff. de. cōdictis z demo.

Executores ad pias causas pñt dotare puellas.

¶ Ex istis ifertur ꝙ executores dati in testamento ad distribuendum ī pias causas: pōnt erogare p dotibꝰ puelarū. presertim si sunt pauperes. cum tunc etiam stricto modo dos dicitur pia causa. secūdū bal. in. l. j. ō legatis. ij. in. scōa carta. in repitione z alexan. in. d. l. cū his. §. si mulier. in apostillis. ¶ Idem dicendū si essent puelle que secunduz suaz conditōez vel nobilitatem mereantur maiorez dotem ꝙ esset sufficiencia sui patris z propter hoc non posset inuenire virū condignum sue condictioni. nam tunc ipsi executores possent supple-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re vsqz ad congruā dotem: vt posset puellecondecenter scōz suam condi tōem maritari. qz tunc censetur pia causa vt matrimonia condigna con/ trahanī. quia non dicitur posse nu/ bere: qñ honeste nubere nō potest scōz suā ꝓditionē. ar. l. nepos. penul. ff. de vsufruct. facit lex plenū. §. eqcij. ff. de vsu z habi. istud est notabile di ctum baldi nouelli. in suo tractatu dote. v. pte iij. co. in fi. ¶ Ad cuius cōfirmationez. Facit qđ no. volunt bal. in. l. si quis ad declinandū. iij. co. v. circa tertiū. C. ō epi. z cle/ vbi dicit ꝙ si aliquis est nobilis qui habet ali menta: sz suam dignitatē conseruare non potest: z habet forte puellas qs maritare non pōt: poterit ep⁹ vl' exe cutor testamenti qui habet bona te statoris distribuere in pauperes: ali quid ipsi nobili erogare in subsidiuz vite vel docium, qz sz nō sit oīo men/ dicans: tñ secundū statum naturaliuz suoz: aliqua sustentatōe eget z ideo inter pauperes cōnumeratur. vt est ibi casus notabilis scōz eum. qđ tene semper menti. de quo bal. nouellus nullā facit mentōem. per quodopti/ me ampliat ei⁹ dictū vt procedat nō solū cum testator mādauit bona sua distribui ꝓ puellis dotādis vel ma ritandis z sz etiā si iussit illa distribui in pauperes. ¶ Idem dicēdū esset si talis nobilis pauper haberet aliqua bona male acquisita q̄ deberet pau peribus erogare: nam hoc casu po/ tuisset sibi ipsi retinere: vel filiab⁹ in dotem dare, per ea que dixi in rubri. co. cccxxxv. v. intellige. z co. cccxxxvij. v. quod autem dixi qđ tene mēti.

¶ Scdo ampliat vt procedat etiam si dicte puelle iam fuissent nupte sine dote vel cum modica dote presertim si vir qui accepit talē puellam indota tam: erat egenus: adeo ꝙ non sufficeret ad onera matrimonii supportanda. nam tuncpoterunt dicti executo/ res dotare/ vel dotē augere: si videat esse necesse ꝙ supportandis oneribꝰ matrimonij. qz adhuc subest causa pia z necessitas oneris matrimonij. ita no. decidit bal. nouellus vbi supꝝ. in qstione facti. qui hoc intelligit qñ testatoz iussit bona distribui in pau/ peres vel in puellas dotandas. secꝰ si in puellas maritādas. qz tunc nō vꝝ satisfactuz intentiom testatoris: nec etiam verbis testamenti. z maxime si diceretur ꝓ virginibꝰ maritādis. cū iste nec sunt virgines: ex quo iam sunt nupte: nec sunt maritande ex q̄ tā hñt maritos. ¶ Ad hoc facit ter. z ꝙ ibi notat bar. qz alij ibi sequūt i. l. lucius. la. j. ff. de legatis. ij. bal. z a/ lij in. l. filia legatorum. C. de legatis ancharra. z ymo. in. c. filiꝰ. supra ō te sta pe. co/ vbi dicunt ꝙ si pater relin quit filie dnocentā ꝓ ipsa maritāda: viuēs ipsam maritauit z ōdit sibi cē tum nomine dotis: pōt filia residua centuz petere ab heredibꝰ p artis eo mortuo. quādo testator dixit lego ꝓ dote seu nole dotis: qz tūc ea marita ta: causa legati non est finita: cū con/ stāte matrimonio possit dos augeri. vt. l. pe. z auc. Iz iā necesse. C. de do/ na ante nup/ secus quādo testator di xit ꝓ ea maritanda: qz ea maritata: ē finita causa. ita ergo dicendum in ca su predicto. z scōz ista intellige bal. ī d. l. fi. in fi. C. de seu. q̄ sine certa q̄n ti, pfe. de quo paulo. ante fecit men cionē. co. cclxxviij. v. z inde est.

¶ Redeundo ad propositum si, ppt necessitatem compellitur quis opus pietatis exercere: z constituere dotē est opus pium vt supradictum est: q̄ maioz necessitas ꝙ illa ī qua ē vxoz nō dotata: qz pōt maritꝰ ei alimēta denegare z a se illam expellere. vt su pra dixi, ex qua alimētoz denegatōe: z expulsione a domo: pōt sequi pccm adulterij vt hic dicit tex. z possūt etiā multa alia incomoda sequi de quibꝰ

Pro nobili/ bꝰ.

Pro puellis maritandis.

Si iussit distribui in pauperes.

potest sibi ipsi retinere.

Si in puellas maritandas.

Pro mulie/ re nupta sine dote.

infra subijciam: ergo compellendus est pater illā dotare: quāuis sine eiꝰ consensu ante. xxv. annū non ꝓmissa dote mīmonū cum indigno ꝛerit. ¶ Presertim cum in patre due concurrant obligatiōes: vna q̄ tenet vt q̄liber extraneꝰ tali tempore necessitatj opus pium exercere: Illa qua tenet vt pater filiā dotare. Duplex enī obligatiōis causa: maiorem habet effi/ catiam. ar. c. j. supra de treuga z pa. z §. sed hodie insti. de nup. z. l. cum in adoptionis. C. eo. z in auc. itaqz. C. cōm. de successio.

Pater tenet a lere filiam z dotare.

Ei q̄ pt exheredari pñt a limēta dene/ gari.

¶ Quarto ex quacūqz causa potest quis exheredari: possūt ei alimēta denegari z quantū ad hoc parificant exheredatio z alimentoz denegatio. vt volunt glo. no. in. d. l. si quis a liberis. in. v. detulerat. ff. de li be. agnos. z in. l. fi. C. de alē. libe. te/ net bal. in auc. res que. C. cōia dele gatis. z doctores in allegatis locis. Sed est ita ꝙ Iz filia minoz. xxv. annis sine patris cōsensu matrimoniuz etiam indigno ꝛerit quāuis dotem non ꝓmiserit nō pōt ex hac causa exheredari hodie: quāuis olim sic ō iure. ffoz. vt. d. l. in. §. si emancipatus ff. de bo. pos. cōtra ta. qz ista causa exheredationis: nō repitur hodie inter alias causas quas enumerat tex. in d. auc. vt cuz de appel. cog. §. causas. z glo. in. c. quintauallis. supra de iure in. ergo ex eadem causa non poterit pater alimenta denegare: nec per cō sequēs dotē nō tradere. qz ex causis ex quibus pōt quis exheredari vel ei alimenta denegari: pōt dos non cōstitui scōm bal. in. d. auc. res q̄. z ecōtra. ¶ Cuius ratio est quia dos succedit loco alimētoz: imo fauorabilioz est causa dotis ꝙ causa alimentoruz vt supra dictum est. ergo tenebit pater eam dotare.

Pater tenet dotare filiā.

Iz habeat bona alunde

¶ Et si dixeris ꝙ imo filia q̄ mīmo

Si pater dotat filiā ō bonis suis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicēs q̄ quāuis filia habeat bona ad uenticia tamen pater simpliciter do tando filiaz in dubio presumitur eā dotasse de bonis propriis filie dūmo do pater sit soluendo. cum officiū pa ternum sit ex necessitate dotare filiās vt dictum est. quod dictum vt sin gulare extollit Jaso. i. d. §. fuerat añ co. xxxiij. v. ideo subdit ipe. Ad cuj⁹ firmationē adducit ille duo funda mēta. primo q̄ p̄supposito (vt est ve rū) q̄ pr̄ de necessitate tenetur filiā ō suo dotar vt dicūt iura allegata: ptestatio in Jriū q̄ itēdit filiā dota re de bonis filie: non habet releuare patrē protestantem nisi etiā interue mat cōsensus ei⁹ cōtra quē fit ptesta tio z B quādo est obligatio iaz Jcta z sic de pterito. secus si de futuro .l. alimēta z ibi glo. no. z bar. z alij. C. de nego. gestis. bar. in. l. nō soluz. §. morte. ff. de re. o. nūci. co. vij. v. Sz q̄/ro an etiā ptis cōsens⁹ z i. l. fi. §. itē si p̄dixerit. ff. nauta caupo. sta bal. āge l⁹ falice. z alij i. l. pacta nouissima. C. de pactis bal. in. l. nō ideo min⁹. C. deliberali cā. doctores nr̄i in. c. cū. in. de p̄sti. ¶ Scdo i his q̄ certo mō dis posita sūt z determinata a lege: ptesta/tio nihil operat: nec releuat. ptestātem sc̄ōm bar. in. l. nesenn⁹ apolinar⁹. ff. de neg. ge. i. primo no. z ibi āge. bar. in. d. §. morte. co. vj. v. circa. quintuz gl. z bar. in. d. l. alimēta. Sz determi/natū est a iure q̄ pater tenetur dota re filiā de suo ppio: g̃ ptestatio pr̄is nihil habebit operari scōz Jaso. vbi su pra idē tz bulgarin⁹. i. d. i. j. ff. so. ma: in repetitiōe co. xxxiij. v. z ex. d. l. fi. qō no. ad ea q̄ dicti i rubrica. co. cccl v. v. si tamē vir. ¶ Ex his inferē vnum noum z singulare q̄ si marit⁹ (cui⁹ bona sunt tacite ypothecata pro do te ex dispositione legis vt ibi z in. l. assiduis. C. qui pocio. in pigno. habeā tur) accipiēs dotem protestetur et diceret q̄ nolit bona sua esse ypothe cata pro dote: talis protestatio nihil operaretur. Idem z notabilius dicit in socero: cuius bona etiam sunt ta/cite ypothecata pro dote nurus: siue ipe dotem acceperit: siue alius de ei⁹ voluntate: secus si sine voluntate se/cundum glo. in dicta. l. assiduis in. v. sint ante finem per. l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. soluto matri/monio: certe si socer protestaretur z diceret se nolle q̄ bona sua sint ypo/thecata: ista protestatio nihil opera/retur. qua non obstante posset muli er agere ypothecaria ad bona ipsius soceri. ita signanter dicit Jaso. in. d. §. fuerat ante. co. xxxv. ver. Et per hec duo. quod tene menti ad ea que dixi in rubrica colū. xcij. §. si autem pater nolit. ¶ Redeundo ad propo situm habes confirmatam decisionē predictam contra patrem constituē/tem filie dotem filie z protestantem q̄ vult dotare de bonis filie: vt sem/per intelligatur de bōis propriis do tasse. que decisio videtur satis equa quāuis dubia. q. d. l. fi. loquēs quan do non constabat pro qua parte bo/nor⁹ maternor⁹. pater voluerit dotē esse constitutā: vt q̄ cōstituendo do tem in mille dixit eam cōstituere de bonis paternis z maternis. sed in ca su ppōsito pater voluit q̄ oīa bona materna venirēt in dotē: z cuz predi cta. l. sit exorbitās: nō videt extēdēda vt. l. si vero. §. de viro cū materia. ff. so. ma. ita dicit vulgar⁹ in repetitio ne. l. j. xxxiij. co. ff. so. ma. z demū di cit fore cogitādū q̄ rō. d. l. fi. satisfa cit p opinionē p̄dicta. quā Jaso. mai/n⁹ in. d. l. j. vj. co. v. adde q̄ p illū text. dicit eē signādā in practica de qua tñ dicit se valde dubitare q̄ text. in d. l. fi. p̄cedit in dubio q̄n nō apparet de q̄b⁹ bonis z de qua q̄titate dū dicit ibi nec duz effuso sermone se iactet z bal. ibi ad b no. illū textū q̄ loq̄t q̄n verba sūt dubia. z idē bal. fi. co. v. re

Opinio contraria.

uocō in dubium casum illius legis. sed in casu nostro quādo in strumē to dicitur computato eo q̄ p̄t ha/bere de bonis matris: ista verba nō patiuntur q̄ intelligatur tota dos ō bōis patris. in claris igit nō est op⁹ cōsecturis. l. cōtinu⁹. §. cū ita. ff. ō v bo. ob. z pterea in casu predicto cō trarium consulunt marianus socin⁹. in. c. in. infra de spon. vbi quedā alia addit. scōm Jaso. in. d. l. j. ff. so. ma.

opinio bar.

¶ Et quāuis illi nō dicant ego repe rio q̄ angel⁹ dixit ō bar. in terminis tenētē Jriū in. d. l. nesen⁹. nij. co. ff. de neg. ges. vbi inquit q̄ licet pater z frater qui dotāt filiā: videātur i du bio dotare de suo proprio: z nō filie: vel sororis. per. d. l. fi. C. de dotis p/nij. verū est nisi eēt negocioz gestor. filie vel sororis: vt q̄ filia vt soror ha beret bona ppria: q̄ tūc vident dota re de bonis ppriis filie vel sororis. mo uetur p illū tex. z ita dicit sentire gl. in. d. l. fi. in. v. p̄simonū. z sic vult q̄ etiā sine expressa ptestatiōe p̄is vel fratris in dubio videt dotare de bo nis ppriis filie vel sororis. ex q̄ infert bar. q̄ Iz p̄ expēsas quas facit p fi/lio studēte: vr in dubio facere de bo nis paternis. l. q̄ p̄. ff. famlieherc. . tñ hoc oz intelligi nisi fili⁹ habuisset peculiū castrēse vel quasi castrēse vt aduenticiū qō fuisset penes patrem l. fi. de peti. hereditā. ita g̃ vr dicēdū in casu de quo agit. Est verus qō in quātū bar. loquit de patre suo z a/liis qui tenent dotare: z vult q̄ si ge/rāt negocia filie: in dubio vident do tasse de bonis ipsius filie: ō bar. tenet ludo. illū reprehendens in. l. j. ff. solu. ma. per. d. l. fi. C. de dotis. primi. z di rl supra in rubrica co. cccl vj. in fine.

Sed si expresse hoc dixit pater quā/do dotem constituit: videtur q̄ non teneatur de suo proprio pater dotar̄ ¶ Et tenendo hanc vltimā opinio/nem faciliter possunt excludi duo fū

damenta que pro prima parte addu cebat idez Jaso in. d. §. fuerat ante.

¶ Ad primuz q̄ ab his ad que quis tenet̄ de necessitate: protestatio non releuat protestantē: fateor. Sed cuz subiungitur q̄ pater ō necessitate te netur dotare filiam de proprio pr̄is: nego. quia imo pater non tenetur ō necessitate de suo ppio patrimonio dotare filiam: quādo filia habet bo/na aduenticia: vt aliunde vnde se do tet scōm bar. in. l. mulier. §. cum pro poneretur. ff. ad trebel. ita dicit Ja/so. in. d. §. fuerat ante. co. xxxv. ver. sed aduerte. Ad cuius confirmatio nem quāuis ille non dicat facit quo/niam certum est q̄ dos succedit loco alimentorum: vt sepe dictuz est. Sz pater non tenet̄ alere filium nisi tūc demū quando non habet filius vn/de se alat vt. l. si quis a liberis. ff. ō li beris agnoscēdis. z dixi supra co. ccl. ver. confirmatur. dicam latius infra co. .v. Ista tamen debent in/telligi: ergo idem erit dicēdum in do te vt si filia habeat bōa ex quibuspa ter poterat eā dotare z dotauit: hoc expresso quod de bonis ipsius filie il lā dotabat: non tenebitur pater am plius illam dotare. facit in simili no/tabilis decisio bal. in. l. j. §. scim⁹. C. de latina libertate tollenda vbi dicit q̄ qui tenetur aliquem alere: satisfa cit si faciat eum recipi in aliquo loco vbi alimenta sibi ministrant de quo larius dicam infra co. .v.

Ad idem facit quod notanter dicit bal. Non ergo est necessarius q̄ pr̄ dotet de suo. z sic euadit illō primuz fundamentum. ¶ Ad secundum di/cebatur q̄ in his que certo modo dis posita sunt a lege: protestatio nihil o peratur: fateor. Sed cum subiungi/tur q̄ istud est determinatum a iure q̄ pater tenetur dotare filiā de suo istud est falsum vt supra dixi. Cogi/tabis super his.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cū pr̄ gereſ negocia filie eā dotat itel ligit dotaſ ſo ſolū ō bonis ſuis.

¶ Fortius adhuc dicebant alij. q̄ ſi pater gereret negotia filie: tunc eaz dotando /de bonis filie non de ſuis dotaſſe cenſetur. ita dixit bar. z ang. in.l.nēſennius. ff. de nego. geſt. quod tamen reprehendunt Jo. de imo. ludo. z alex. pro quibus bene facit tex. in.d.l.fi. /qui loquit quando filia habebat bona materna quorum pater eſt legalis adminiſtrator vt.l.j. Ł. ō bonis maternis. Item hoc caſu etiā militat ratio.d.l.fi. ergo ꝛc. de quo aliquid dixi ſupra in rubrica. co. ccclvj ¶ Vide etiam ſozinum. in.d.l.j. vij. co. ff. ſo. ma. qui pulchre loquitur. z inter cetera dicit vnū quod alibi nō reperio in ſpecie tactū z habui in practica q̄ ſi pater tā aliquas filias nuptui tradidit dando eiſ pro parte de p̄patris. z pro parte de materne: ſi poſtea aliam nuberet promittendo dotem de bonis ſuis z filie: cenſetur p̄miſiſſe prout alijs filiabus dederat: ratione ſeruande equalitatis ar. ei⁹ quod habetur in.l.fi. Ł. cōia vtriuſ. iudi. faciunt notata per bal. in.l. cuz pater. §. euict. delega.ij.

¶ Et quod plus eſt adeo pater tenetur filiā dotare q̄ ſi mater ipſam dotauit: poterit a patre repetere p̄ actionem negociorum geſtorum: ex quo onus dotandi non ſpectabat ad ipaz ſed ad patrem: vt dicimus in alimentis lz aliter nō p̄ſteret. vt.l. ſi quis a liberis. §. ſi mater. ff. ō liberis agno. z p̄ bar. in.l. nēſennius. ff. de nego. geſtis. z.l. alimenta. Ł. eo. ita dicit idē bal. nouell⁹. in.d. tractatu ō dote. vj pte. in. p̄uilegio.

¶ Et ſubdit fortⁱ⁹ idē in quocūq; alio extraneo dotāte filiā alterius. vt poſſit a p̄re repetere. ar.l. nihil. ff. de in rem v̄ſo. vt ibi latius per eū. Sz ſi alio donādi extraneo alterⁱ⁹ filiā dotaſſet: vel dotē ſibi cōceſſam repetere velleť: nihilominuⁿ eiⁿ pater tenetur ſibi cōſtituere cōgruā dotē ō ſuo p̄imonio. ita dicit idē bal. nouellus. in.d.ſuo tractatu de dote. vj. pte. in 16. ſpāli. fi. co. qō tene mēti. z dixi ſupra in rubrica. co. ccclxj. ver. ſubdit tñ. que habeas pro repetitis hic z ſecundū illa intelligas iſta.

¶ Nec diſtinguitur an filia ſit maioꝛ. xxv. annis vel minoꝛ. cuz etas ad matrimoniū legitima in feia ſit duodecim annoꝛ vt. c. j. z. ij. ſupra de ōſponſa. impu. nec etiam diſtinguitur an in contractu matrimonij, interueniat patris conſenſus/vel non: quia etiam eo inuito pōt mr̄imoniū ℨhere. vt infra dicetur. z nihilominⁿ pater tenetur eam dotare. vt expreſſe voluit gl. in. c. fi. xxxij. q. ij. nec fit diſtinctio an cōtraxerit cum digno an cuz indigno. promiſerit dotē ſecū vel nō quia licet dotem non promiſerit: nihilominus pater tenetur eam dotare. vt eſt glo. ſingularis que hoc ſentit. in. c. nemo. in. v. domuz. de conſe. di. j. que dicit q̄ ille qui conſtruxit eccleſiā non p̄miſſa dote: debet poſtea illā dotare. vt. c. pie mētis. xvj. q. vij. z. c. cū ſit. de cōſecra. eccl̄ie vel alta. allegat illa glo. in ar. tex. in. d. l. qui liberos. z p̄ hoc ſentit q̄ illa. l. ℨz locū necdū q̄ñ p̄miſſa eſt dos: q̄ dicta doctoꝛ debēt itelligi ſcōz iura q̄ allegāt vt dixi ſupra co. .v. ſz etiā ſi nō ſit p̄miſſa. Intelligāt ḡ p̄dicta iura generaliter put iacēt. p̄ſertz quia tex. in. l. q liberos. artat p̄fem copulatiue ad duo. ſ. ad maritādū z dotā dū. q̄nis autē vnū fuerit ad ipletū. ſ. q̄ filia ſit mr̄imonio collocata: nihilominⁿ pater tenebit adiplere ſcōm. ſ. eā dotare. z ita illum tex. pōderauit ange. in. d. auc. res q̄. Ł. cōia ōlegat/ facit tex. in ar. in. l. ſi heredi plures. ff. de condi. inſti. z tenet bar. in. l. nupta. ff. ſo. ma. imola in. l. j. eo. ti. ſalic. in. l. j. §. j. Ł. de reuxo. act. angelus in. §. fuerat ante. inſtitu. de actio. quia non videtur ceſſare ratio in

Lex genera/liter loquēs.

filia nupta, ppter q̄ pater teneť eam dotare. quia dos ē neceſſaria ad ſuſtinēda onera matrimonij. vt. l. pro oneribus. Ł. de iure dotium. c. ſalubriter. infra de vſuris. tex. optimus. l. aſſiduis. §. exceptiſ. Ł. qui potiorē. pig. habean. z tenent doctoꝛes p̄dicti.

Ad matrimonia debēt eē libera.

¶ Sexto matrimonia debent eſſe libera ab omni exactione z pene impoſitione. vt. c. de neptis. xxxj. q. ij. c. cum locum. z. c. requiſiuit. z. c. gēma. ſupra de ſponſa. Item debent eſſe libera ab omni eo qō pt̄ preſtare impedimentū etiaz ad tempus. quāuis ſubſit honeſtiſſima cauſa. vt. l. cum tale. §. ſi arbitratu titj. ff. ō condi. z demonſtra. tex. in. c. pe. z vlti. infra de ſecundis nup. vbi non potuit lex impedire matrimoniū etiam infra annum luctus: quāuis ad illam p̄hibitionem interueniebat cauſa honeſtiſſima ſcilicet vt euitaretur ſeminis cōmixtio. ¶ Sed ſi deberet ſpectari conſenſus patris vel tempus. xxv. annoꝛum vel promiſſio doris vť electio digni: intimidaretur libertas matrimonij z impediretur ſaltem ad tempus: ¶ Quinmo preſtaretur cauſa mulieribus ad fornicationem cōmittendam: ergo per conſequens habebit filia libertatē vt poſſit contrahere matrimoniū ante. xxv annū ſine patris cōſenſu cum quocūq; voluerit: z pater ex debito naturali tenebitur eam dotare quāuis illa dotem non promiſerit. iſtud eſt p̄cipuum fundamentum in materia ſuper quo ſe fundant doctoꝛes p̄allegati ſupra co. cclxx. v. ſunt tamen. quod ſcribentiuz mentem adeo turbauit: vt ſpiritus pene relinquat examinen.

¶ Septimo ad matrimonium contrahendum ſufficit conſenſus eoꝛum de quoꝛum matrimonio agitur. vt. c. ſufficiat. xxvij. q. ij. z c. fi. xxxij. q. ij. z. c. j. z. cum locuz. c. cū apud ſupra de ſpon. z hoc non ſoluz quando matrimoniū cōtrahitur cū digno: ſed etiam ſi cum indigno contrahatur vt ſentiunt aura p̄dicta: que ſolū ponderant aſſenſum eoꝛum de quoꝛ mr̄imonio agitur ad validitatem matrimonij. nec faciūt dr̄iam ſit dignus vel indignus ille cum quo mr̄imoniū cōtrahitur. aptⁱ⁹ hoc probat tex. inc. inter opera charitatis. ſupra de ſpōſa. c. integritas. z. c. nō eſt culpandus. xxxij. q. j. vbi dicit q̄ validū reputatur mr̄imoniū qō quis cōtrahit cū meretrice z ſic cū indigna. iſtud etiam videtur de mente glo. in d. auc. /ſed ſi poſt viginti quinq; annos. que infert ex tex. dum dicit ſi ſe libero copulauerit: ſecⁿ ſi ſeruo. quaſi dicat quāuis ſe copulet. cum libero vili vel indigno: nihilominus tenetur pater eam dotare. ſic ponderat illam glo. ibi Jo. faber. quem refert z ſequitur Jaſon main⁹. ¶ Sz ego dicerem idem ſi ſe copulet ſeruo vt apparet ex predictis eſt bonus tex tus in. c. propoſuit. z. c. fi. ſupra de cōiugio. ſeruo. vbi eodem modo valet matrimonium quod liber ſcienter cōtrahit cum ſeruo: z ſic cum indigno. vtroq; ergo caſu ſolus conſenſus facit valere mr̄imoniū. ¶ Et inde eſt q̄ conſenſus patris non eſt neceſſarius: imo etiā eo inuito poteſt filia mr̄imoniū cōtrahere. vt voluit glo. in. l. paul⁹. que alias incipit eū qui. ff. de ſtatu hoīum. idem voluit glo. in. c. accedēs. ſupra de procura. z in. c. cum cauſam. infra de rapto. pro quib⁹ eſt tex. in. c. vnico de deſponſa. impu. li. vj. ratio eſt quia in iſtis ſpūalib⁹ nō curatur de patria poteſtate. vt. c. ſi annū. de iudi. li. vj. qō quidē mr̄imoniū ℨhere pōt filia maioꝛ duodecim ānis. Ex quib⁹ oībus ſimul iunctis

Valet matrimoniū ſine p̄ ſenſu patris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cōcluditur ꝙ recte ꝛ legitime potest filia minoꝛ.xxv. annis cōtrahere matrimonium etiam cum indigno sine patris consensu. nec ad eius validitatem est opus dotem promittere.

Legitime facti ꝑ nullā penā meretur.

¶ Si autez matrimoniū sic contractum reputatur legitimuz: ergo per consequens filia que illud contraxit nullam penam meretur vt. l. graccus. ff. de adulte. ꝛ. l. sanctim⁹. ff. de adulte. ꝛ. l. si vt ꝓponis. ff. de confirman tuto. correcto enim vicio/ ꝙ consequēs est correcta pena vt. c. nō debet. de consan. ꝛ affin. uncto. c. de gradibus. xxxv. q. ij. quia quotiens aliquid desinit esse delictum: per consequens ōsinit ꝛ pena vt patet ex nota. per bal. in. l. decuriones. ff. de pambus. facit tex. ꝛ quod ibi notatur. l. iij. §. transfugas. ff. ad. l. corneliam de sicca. ꝛ. l. j. ꝛ. ij. ff. quādo licet sine iudicio. ꝛ. l. is qui aggressorem. ff. ō sicca. ꝛ cle. si furiosus. ō homi. ꝛ. d. l. graccus. ff. de adul. cum simi/ ff. cōcluditur ergo de necessario ꝙ ex hac causa pater non potest denegare filie dotem. hoc similiter est vrgens fūdamentum.

Correctio vicio: correcta est pena.

¶ Octauo pondero tex.

singularem in. c. fi. xxxvj. q. j. i. v. si vero que rapitur. vbi littera dicit si vero que rapitur patrem habere consentiterit: ꝛ puella raptori consenserit: potestati patris excusata reddatur. Ecce tex. ꝙ si puella que fuit rapta raptori consentit: ꝛ sic indigno; intelligo contrahendo cum eo matrimonium: quāuis hoc faciat sine patris consensu: excusatur. ꝛ sic est ibi tex. aperte probans istam conclusionem. Nam ibi illa puella erat minoꝛ. xxv. ānis. quod apparet ex eo ꝙ dicit puella. Nam puella dicitur donec durat pubertas. scōm bar. in. l. mella. ī pnn. ff. de alimētis ꝛ cibaria lega. no. in l. pueri. ff. de vb. sig. ꝛ ī. c. j. ꝛ. c. pube/

De muliere rapta.

Puella.

res. supra de ōspōsa. impu. ꝛ per ab. in rubrica. de delictis puero. ꝛ matrimonuz cum indigno contraxit quia cum raptore crimen enī raptus omnem dignitatem tollit. vt. l. j. ff. vbi senato. vel clari. Item contraxit sine patris ꝓsensu vt aperte dicit ille tex. quia si cū eius consensu contraxisset: nulla esset dubitatio. nec promisit dotem illa puella quia de promissiōe nihil ibi dicitur. vnde dicere ꝙ promissio interuenit: esset diuinare. sed quāuis omnia ista interuenerunt: nullaz tamen penam puella incurrit: ergo per consequens ex hac causa non poterit pater sibi dotem denegare: quā ex iuris dispositiōe prestare tenetur.

¶ Nono hanc conclusionē videt sentire gl. in. c. fi. xxxj. q. ij. ꝛ in. c. fi. xxxvj. q. j. que generaliter dicit ꝙ licet filia mrimoniū ꝓpat patre multo: nihilomin⁹ pater tenetur eā dotare. Nec ille glose distinguūt an filia sit maioꝛ vel minoꝛ: ꝓcerit cū digno vel cum indigno: ꝓmissa vel nō ꝓmissa dote. ergo nec nos distinguere debem⁹ vt. l. de precio. ff. de publicia. c. solite. de maio. ꝛ obe. cum simi. Nec obstat cū gl. in. d. c. fi. xxxvj. q. j. dicit ꝙ si ꝓcerit cū indigno: pater nō tenet dotare: qm̄ ad hoc respōdebit infra dādo respōsū ad. l. iij. §. si emancipatus. ff. de contra ta.

¶ Decimoꝛvltimo potest adduci ista decretalis hoc mō. Nā vt supra⁹ dixi iste magister. R. sedūdū vnū intellectū: erat pater vroꝛ istius. h. pauper. qđ apparet ex eo qđ petebat ab eo dos. ꝛ sic illud ad qđ realiter sol⁹ pater tenet. qz officiū pīnū est dotare filiā. vt. d. l. fi. ff. ō dotis pmi. ꝛ. d. l. qui liberos. ff. de ritu nup. ꝛ ista filia ꝓcerit mrimoniū cū indigno vt videt inuere tex. cū dicit ꝙ iste. h. erat pauper ꝛ vergebat ad inopiā que qualitas inerat a principio

scōm aliquos doctoꝛes in presenti ō quibus supra co. xiiij. §. ꝛ ppter ista nec apparet ex tex. ꝙ illa fuerit maioꝛ. xxv. annis. nec ꝙ pater consenserit: nec ꝙ filia promiserit dotem quādo matrimoniū contraxit. Potuit ergo esse minoꝛ. xxv. annis ꝛ contrahere matrimoniū sine patris consensu ꝛ dote non promissa. ꝛ nihilominus exigitur dos a patre ꝛ cōpellitur dotem assignare. vt apparet ex tex. qui sic debet intelligi vt deseruiat de maioꝛi dubio. ¶ Quia quando aliqua lex vel decretalis pōt dupliciter intelligi: ꝛ secundū vnum intellectum deseruit de maioꝛi dubio: ille intellect⁹ est assumēdus. vt. l. i. ad finem. ff. ad municipales. ꝛ. l. qō labeo. ff. ad carbo. ꝛ in auc. de fide instru. §. j. colla. vj. Cynus in. l. si maioꝛ. ff. de transac. abb. in. c. qz. v. ij. co. supra de iudi. ꝛ in. c. peruenit de sententia excō. ꝛ in. c. cū in iure. in prin. supra ō elec. ꝛ ideo dicebat ipse in. c. de multa. in prin. supra de preben. ange. ō aretio. in. §. affinitatis. insti. de nuptys ꝛ andreas siculus. in. c. quoniā frequenter. in prin. supra vt lite non contest. ꝙ lex ōbet esse de dubio. ꝛ subdit ꝙ idem debent facere repetentes cum ponunt conclusiones. debent enī ponere eas dubitabiles ne disputent ō certo. ꝛ nullus effectus inde prouenīat. quod reuera de conclusiōe ista dici non potest cū satis sit dubia ꝛ huc usqz per aliquem quem viderim ita late firmatam non reperio que satis cōprobatur ex predictis.

potest hēre hō fīl maiōr ut minoꝛ ꝛ ꝓpter hoc dare

Intellectus qui deseruit de maioꝛi dubio tenend⁹ est.

So. ad argumenta cōtraria.

¶ Et tenendo istaz cōclusionem ad contraria respondebā Primo ad. c. honoꝛantur. dicebaz ꝙ ille tex. requirit consensum patris in matrimonio filie de honestate: non autez de necessitate. vt voluit ibi gl. quia ad validitatez matrimonij sufficit consensus eoꝝ de quoꝝ matrimonio agitur vt supra dictum ste in septimo fundamento huius conclusionis.

¶ Ad secundum dicebam ꝙ licet filia contraxerit matrimoniuz: non ꝓ hoc cessat ratio propter quā dos datur filie. quia non soluz datur sibi vt inueniat cui nubere possit: sed etiam ad substinēda onera matrimonij. vt l. ꝓ oneribus. ff. de iure dotium. ꝛ c. salubriter infra de vsuris. secundū bar. in. l. nupta. ff. so. ma. datur etiaz dos filie vt melius ꝛ cōmodius tractetur a marito. quia mulier non dotata faciliter ꝓpernitur a viro. vt. d. auc. de nup. §. si quis itaqz. ¶. si quis emm. colla. iij. ꝛ auc. quibus mo. natu. effi. legiti. §. quem autē. colla. vj. datur etiam dos ob alias causas de quibus infra. co. . ¶. ex istis satis apparet. ¶ Et hinc est ꝙ si pater relinquit filie centuz in testamento: licet nō dicat ꝓ dote vel ꝓ ea maritanda: tamen intelligitur relictum ꝓ dote ꝛ dicetur filia dotata vt singulariter decidit bar. in. l. quod autē ff. de iure dotium quod est menti tenendum. ꝛ hoc teneas licet raphael. ꝛ Jo. de imo. contradicant bar. sed o opinio bar. seruatur in practica scōz ange. de aretio in loco statim allegādo. ¶ Inde est etiam ꝙ si pater vel alius extraneus leget filie sue dotez in testamento vel alias: si frater habet vnde eam alat: tenetur eam alere donec contrahat matrimonium. quia expedit ꝙ illa habeat integraz dotem ad hoc vt inueniat virum cui nubere possit ꝛ qui eam bene tractet. tertius singularis est de hoc ꝛ ibi notat bar. in. l. qui filium. ff. vbi pupi. edu. de. tenent Jaco. de arenis Cynus ꝛ alij in. l. alimenta. ff. de nego. gestis. refert ꝛ sequitur angelus de aretio in. §. fuerat ātē insti. ō actio. charta: 17. finali co. ver. aliud nota. quod tene menti.

Causa ꝓpter quas dat dos

Relictū filie intelligit ꝓ dotis.

Nota ꝙ filia maritanda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ita quāuis filia sit nupta ꝛ sic cesset vna ratio ꝓpter ꝙ vos constituitur filie: licꝫ vt inueniat maritum: nō tamen cessant alie cause. ꝛ ideo semper remanebit pater obligat⁹ ad ad dotandum. quia vbi alicuius dispositionis sunt plures cause vel ratiões: quādo sunt plures cause ꝛ vna cessat dato ꝙ cesset vna: non ꝓpterea cessabit dispositio. vt notatur in. §. affinitatis. insti. de nup. ꝛ in. l. liberozuꝫ §. notātur. ff. de infam. ꝛ. l. si nō lex. ff. ō here. insti. ꝛ. l. j. ff. soluto matrimonio. ꝛ. l. j. i pri. ff. si quis apa. fuerma. in. ꝛ in auc. vt determinatus. sit numerus clericoꝝ. in fi. colla. j. pbar. ꝛ ange. in. l. ita stipulatus. ff. de vrrb. ob. per ange. post glo. in. l. si vētri. §. in bonis. ff. de pœu. cre. dicēs per hoc ꝙ si priuilegiū habet plures causas: sufficit vnam causaꝫ durare que sit potens ad durationem priuilegij: idem si vtraqꝫ sit eque potens seu eque principalis. ar. l. si dom⁹. ff. de seruitu. vrba. prę. scōz bal. i. l. vna ij. co. v. ō vno q̄ro. C. ne ex. delictis ō fun. ¶ Ex hoc dicebat notāter bal. i l fi. ꝓpe fi. antepe. q. C. de sen. que sine ter. quanti. profe. ꝙ si testator relinquit in testamento centum berce ꝓ ea maritanda: que tamē erat maritata tempore conditi testamēti: ꝙ uis causa relicti videatur cessare: tamen debet habere legatuꝫ per. l. si tā facta. ff. de condi. ꝛ ōmōstra. ꝛ. l. pe. C. de instit. ꝛ susti. sub condi. fa. quez refert ꝛ sequitur alex. ⁹. 146. ij. co. in. v. vo. vide bar. in. l. lucı⁹. la. j. ff. ō lega. ij. bal. salice. ange. ꝛ alios in. l. filia legatoꝝ. C. delega. Jo. de imo. post ancha. in. c. filius pe. co. supra ō testa. de quo supra habita est mētio co. cclxxviij. v. ꝛ ide ē ꝙ si testator ꝛ co. sequenti v. ij. ampliatur. ¶ Sic ergo videtur dicendum in casu nostro ꝙ licet filia iam sit nupta: nihilominus pater teneatur eam dotare.

Mota ꝓpuella maritāda.

quod videtur sentire bal. i. d. l. fi. ij. co. v. sed pone ꝙ ista. C. de dotis promi. in. j. lectura. cuꝫ dicit ꝙ si filia nō fuit congrue dotata: potest cogi pater ad supplendum congruam dotē etiam constante matrimonio: fortiꝰ ergo cogetur ad dotandum eaꝫ que nullam habet dotem. etiaꝫ post quā matrimoniū contraxit. ad idem glo. no. in d. l. obligamur. §. j. ff. de actio. ꝛ ob. quam sequitur ꝛ reputat singularem bal. in. c. iur auct. ij. co. supra ō probatio. ꝛ in. l. fi. C. de sentēn. que sine cer. quātitate. ꝛ i rubrica de officio iudicis. vj. co. bal. imo. lodo. ꝛ alij in. d. l. j. ff. so. ma. bal. angelus pau. in auct. res que. C. cōmunia delega. ꝛ ibi Jason. v. co. ver. iij. queritē ꝛ campetius in suo tractatu de dote. j. parte. q. xij. quāuis ergo pater per contractū matrimonij filie: liberetur ab vno. s. ab ea maritāda: nō liberatur ab alio scilicet ab ipsa dotanda vt supra dixi.

Tenemēti ꝓ filia dotata.

¶ Ad simile qō postea subiungitur de alimētis filio non prestandis quā do habet vnde se alat: dicebaꝫ ꝙ ista argumentatio quo ad casum nostrū nō procedit. nam filius vel filia quā do habēt vnde se alant non sunt alēdi a patre. vt dicta. l. si quis a liberis §. sed si filius. ꝛ no. bar. in. l. cunctis. C. de mendicantibus validis. li. xj. ꝛ tamen filia diues que habet vnde se possit dotare: semper est a patre dotanda vt. d. l. fi. iuncta glo. iij. C. de dotis ꝓmi. ꝛ ibi bal. ꝛ ange. Idē āge: in. l. a filia. in pœn. ff. ad trebel. lodo. ꝛ alij in. d. l. j. ff. so. ma. ꝛ sic nō est bona argumētatio quātum ad ß de alimētis ad dotē. ¶ Itē video ꝙ pater naturalis tenetur alere filiam naturalez: tā de iure ciuili ꝙ canonico. vt auc. lz. C. de natura. libe. ꝛ. c. cū haberet. ō eoq̄ du. in ma. ꝙ po. ꝓ adul. ꝛ tñ nō cogit eā dotaꝛ. vt. l. vroze. §. pē nālis. delega. iij. ꝛ dicēt latiꝰ infra

Diuersitas īter dotē ꝛ alimenta.

De filia naturali.

Filius allit matrē: ſz nō dotat.

frater alit sororē ꝛ dotat.

¶ Item filius tenetur alere matrez vt. d. l. liquis a liberis. in pri. in. v. matrē: ꝛ tñ non teneť eam dotare. vt. l. tutoꝛ scōz. §. fi. ff. de admi. tuto. l. j. § preterea. ff. de tutellis ꝛ ratō distra. bal. ꝛ ange. in. l. ij. C. de prescrip. longi tempo. ¶ Itez frater tenetur alere sororē etiā soluz vterinam: cum ura hoc non distinguant. l. qui filiuz. §. fi. ꝛ ibi bal. no. ad hoc illū textū. ff. vbi pupi. edu. de. C. ỹ in. l. si patrem. C. de alen. libe. ꝛ tamē non tenetur eaz dotare. vt. l. cū in plures. §. pat. v. ex eodem patre. ff. de admi. tuto ꝛ glo. in. v. nulla. in. l. nō oī. C. eo bal. in. c. sup litteris. ij. co. s. de rescrip. abb. anto. ꝛ alij. in. c. peruenit. s. ō ardi. ange. ꝛ alexan. in. d. l. a filio. ff. ad trebelli. alerā. in. l. j. xij. co. ff. so. ma. ꝛ per ista est sublatū secundus argumentum.

Un filia que cōtraxit matrimoniuz sine patris cōsensu: potest exheredari.

¶ Ad tertium dicebā ꝙ filia contrahendo matrimonium sine patris cōsensu: propter hoc nō pōt a patre exheredari qr ista causa exheredationis: non reperitur inter alias q̄ numerātur in auc. vt cū de ap. cog. §. causas ꝛ per glo. in. c. quintauallis. s. ō iure in. ꝛ vi. parti. ti. vij. l. v. Ergo ex hac causa non poterit exheredari. vt sentit glo. in. d. l. ij. §. si emancipatus. ff. de bo po. Jta. in. v. exheredare. Quimo ꝙ filia in victo patre cōtrahat matrimoniū: nihilominus pater tenetur eaz dotare. vt volunt glo. no. q̄ communiter approbatur. in. d. c. fi. xxxij. q. ij. de qua supra feci mēcionē in no no fundamento huiꝰ cōclusionis.

Lex regni.

quo iure tenetur pr filiā dotare.

¶ Ad illud ꝙ postea sub ij̄ gitur ꝙ pater tenetur dotare filias ex dispositōe iuris ciuilis: dicebā ꝙ etiam tenetur ex dispositione iuris canonici nam de iure canonico pater tenetur alere filiam etiam spuriā ꝛ intestuosam. vt d. c. cum haberet. ꝛ per consequens tenetur illā dotare qr dos succedit loco alimentoꝝ. vt supra dictū est ꝛ ita etiaz de iure canonico pater teneť filiā dotare. ¶ Et presuppoſito (sine vitatis preiudicio ꝙ) soluz ex dispositione iuris ciuilis teneatur pater filiam dotare: non sequitur ꝙ ꝓpterea possit idez ius ciuile tollere vel subtrahere aliquid ex eodem iure limitando vt alias: licꝫ hoc faciat ex aliqua iusta vel honesta causa. vt sentit inoc. in. c. nouit. de iudic. ꝛ frā cisc⁹ cardi. in reperi. c. perpendim⁹. de sniа ex. vbi dicunt ꝙ licꝫ imperator reuocet legē per ꝙ cōcessum est ecclesie priuilegium: tñ non intelligitur reuocare priuilegium. ¶ Et ita licꝫ ius ciuile in fauorem matrimonij q̄ ē res spūalis possit condere legem priuilegiatiuam ad matrimonium vel eius dependencia: non tamē poterit tollere vel diminuere dictū priuilegium. ita volunt glo. singularis in. c. de puellis. glo. fi. xxxvi. q. ij. q̄ dicit ꝙ lucrū bonoꝝ raptoꝝ datū ipsis mulieribus raptis per legē ciuilē scilꝫ p. l. vnicā. C. de raptu vgi. nō potuit eadem lex ciuilis tollere vel diminuere dicendo ꝙ si puella rapta contrahat matrimoniū cum raptore: perderet dictū lucrum. put dicit tex. in auc. de raptis mu. ad fi. colla. ix. hoc idem tz fiede. consi. 36. in fine. incipit casus talis est maritus ꝛc. Idem tenet ab. in. c. eccīa sancte marie. de cōsti. ꝛ ibi felli. xxxvi. co. in fi. ¶ Et ratio huius est quia per talē legē hoc lucrū tollē tem: antimidantur mulieres ad ꝓtrahendū matrimoniū permissū eis a lege diuina ꝛ canonica. ꝑ ꝛc. ¶ Ulterius me quia ipsum matrimoniū qō fuit causa dotis vt dicit tex. in. l. j. §. ius naturale. ff. ō insti. ꝛ iure. ē de iure diuino cū a principio fuerit istitutū in paradiso terrestri vt habeť genesis. c. j. ꝛ in. c. littere. de frigidis. ꝛ in. c. vnico deuoto li. vi. ¶ Postea vero de iure gentium ꝓmeuo quo tpe gētes sine legibus ꝛ moribus viuebāt:

Jus ciuile nō potest tollere ꝙ ī fauorē rei spūalis ꝓ cessit.

Dos descendit a iure naturali.

Universidad de Deusto
Biblioteca

matrimoniuz erat incognitus. z oēs passim ex quacūqz mliere nati legitimi dicebantur. vt dicit rex. in auc. quibus. mo. na. effi. sui. in princ. z in. §. z licet. ¶ Successit postea ius gentiū scōz quod matrimonium fuit recognitum z ordinatū ob bonos mores conseruādos z ad euitandū fornicationē, z sandalozū materiā. z sicut inter gentes fuerunt diuisa predia: ita z mulieres z vn⁹ qsqz haberet vnaz in vxorem: vt recognosceret ppriam sobolem. ¶ Unde eodem tpore fuit innentus ptractus dotis ad supportanda onera matrimonij. vt. l. eas obligationes. ff. de capi. diminu. vbi dicitur q dotes habēt naturalem prestationē. ideſt naturali ratiōe a iure gētium considerante: fuerunt dotes ordinate. vt videl sentire bar. in rubri. ff. so. ma. z declarat bal. nouel. in suo tractatu ō dote. iij. pte. iiij. co. ea aūt q̄ sunt ratiōe naturali subnixa: illibata debent perpetuo custodiri. vt ĩsti. de iure naturali. §. sed naturalia qui dē iura. z incle. pastoralis de re iudi. est textus z ibi notat bal. in. l. vnica. §. i. in princi. z ō cadu. to. facit glo. in §. fi. insti de legiti. agna. tute. verbo. vtiqz. q̄ dicit q ea q̄ habent naturalem equitatem sūt immobilia. ¶ Eū aūt dos dependeat a matrimonio z sic a iure naturali: vel saltim habeat naturalē equitatē: merito ius dotandi debet illibatū remanere.

¶ Ad illud quod postea sequitur ō filia minoze. xxv. annis: q̄ sine patris consensu matrimonium contraxit q potest ab eo exhercdari. vt auc. vt cū de app. cogno. z auct. ſz si post. xxv. dicebā q illa iura hodie non sūt obseruanda. qz fuerūt ꝓdita ab imperatore qui nullam penitus hūit iurisditiōez disponendi super matrimonio etiaz ipz impediendo seu differendo solū modo ad tps. vt ꝓbatur in. c. pe. z vltimo. infra ō scōis nup. notat. l. j. C. eodē. z in. l. decreto. C. de infa. z dixi supra in. vi. fundamento huius ꝯclusionis: ergo eodez modo non potuit lex ciuilis differre matrimonium cōtrahi vsqz ad vigessimū q̄ntū annū.

Quia negari non potest quin p hoc mulieres itimident ad matrimoniū contrahendū. quia si deberent expectare vigessimū quintū annum limitatuz a iure ciuili: propter hoc retraherentur a libertate matrimonij cōtrahendi. ideo nubendo ante vigessimū quintum annum: maxime si expectarunt tpore cōgruo scōm morē patrie: vt puta vsqz ad vigessimum annum: z tamē pater non curauit filiaz maritare: z dotē sibi ꝓstituere: si ipa postea nubat: licz psone sibi indigne z ante vigessimuz quintū annū (patre ignorante vel cōtradicente:) nō videtur q ppterhoc possit exheredari. ne alias p indirectum tollatur filie libertas matrimonij. q̄m libertatē non potest impedire ius ciuile vt notatur per glo. z doctores in. c. statutū. de here. li. vi. ¶ Cum ius canonicum non curet de patrie potestate circa matrimonia z alia spūalia. vt habetur in. c. non est vobis. supra de spon. z in. c. si annuz. de iudi. li. vi. ita dicit abb. in. d. c. i. s. ō despon. impu. dicens se ita cōsuluisse. vt habetur in suo consilio. xij. primo volumine. idē bal. in. l. incopulantis. C. de nup. de quo etiam per eūdez in. l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. z iure. ¶ Eadē ergo ratione sunt sublate pene inducte a iure ciuili cōtra filiam familias nubentem ignorante vel contradicente patre vt fuit de mente bal. ĩ. l. ij. §. i. ff. so. ma. super glo. dum. ibi glo. allegat. l. si. vt proponis. C. de nup.

¶ Ad illud q̄ dicebatur si filia quā do matrimonium cōtraxit: non ꝓmisit secū dotem: pater non tenetur eaz dotare. dicebā q hoc non reperitur iure cautū. imo illa fuit vna singularis opinio bar. in. d. l. obligemur. q̄ aliqbus visa fuit satis equa. ¶ Sed certe si legi imperatorum super matrimonio disponenti non acquiescim⁹: nec stamus: multo fortius non stabimus oppinioni alicuius doctoris a liquid asserentis seu tenentis in preiudicium matrimonij quanta cunqz fulgeat auctoritate. c. ego solis. ix. di.

¶ Ad ultime quia si teneremus istā opinionez: multe mulieres z viri cū eis matrimonium cōtrahentes tanq̄ iuris ignari: grauit deciperentur. qz mulieres nō promitterent dotem z per consequens spnerētur a viris z non ita bñe alimentarēntur nec tractarēntur ab illis sicut si essent dotate: nec viri ita libenter tollerarent vt subirent onera matrimonij presertim circa infirmitates z alia sibi necessaria. p̄cipue si meritus eēt pauper. z aliquādo forte marit⁹ vxorē ase expellere ret vt supra dictum est. z ob hoc forte ipsi cōuiuges adulterium cōmitterent. z sic fedus matrimonij rumperentur. qō multum cōsiderauerunt iura fauendo ꝓpterea mulierib⁹ circa dotes vt. l. uj. ff. de iure dotium. z. l. assiduis. C. q̄ po. ĩ pig. habe. z hic.

ꝙ impator licet non requiratꝰ teneꝫ iuuare ſtatū eccl̃ie ratione iuramēti qō preſtat in ſua coronatiōe. de quo in cle. romani. de iureiu. quaſi priuramentū videatur renunciare iuri ſibi competēti vt debeat requiri ſeu interpelari. ¶ Facit etiā ad hoc ꝙ notāter volunt bar. i. l. ſiquis pro eo. fi. coluna. ff. de fideiuſ. vbi dicit ꝙ z ſi fideiuſſor nō teneat quādo fideiuſſit in diuriorē cauſam quaz principalis vel quādo promiſit aliud vel quādo principalis nō tenetur. iuxta legē grece. §. illud. cū ſimilibus. ff. de fideiuſ. tñ iſtis caſibus iurando teneꝫ nō tanꝙ fideiuſſor qz deficit forma fideiuſſoria: ſz vt principalis promiſſor. qñ iurando videtur velle teneri oī modo quo poteſt ſecunduz bar. vbi ſupra. quē refert z ſequit ange. de aretio. i §. fideiuſſores. in fi. inſti. de fideiuſ. z iaſon in. §. item ſiquis poſtulāte. in. co. inſti. de actio. z antonꝰ coꝛſitꝰ in rubrica de iureiu. xvj. co. in fi. v. tricesimum quintū. z raphael cum manus. conſilio. 189. poſt principium. incipit. teſtatoꝛ. ō quo etiā per bal. i. l. ſi prediū. fi. co. C. de iuredo. multa alia hīs ſimilia adduci poſſunt de quibꝰ per doctores in locis allegatis: iſta tñ videnť ſufficere ad confirmandū deciſionē alexan. in dicto cōſilio renētis z firmāt ſocīū ppť iuramētū pdere dictū beneficiū. quāuis non appareat de certa ſcientia ſocij volontis renūciare ipſi beneficio. qz immo preſumitur ex certa ſciētia renunciaſſe. quoniā ſcire ꝙ ſocius gaudeat beneficio ne teneať niſi in quantum facere poteſt: pendet a ſciētia iuris z regularitť pſumitť quis ſcire iura vt. l. legis ſacratiſſime. C. de legibus. l. ſi heres ab eo. in fi. ff. ad trebel. no. glo. in auct. de inceſt. nup. in princi. in. v. ſciēs. z bar. in. l. ſz ſi lege. §. ſcire. ff. de peti. here. z in. l. nō fatetur. ad fi. ff. de confeſſis. Uirꝰ autē iuramenti tanta ē ꝙ vbi alias requiritur certioratio beneficij: non ſit neceſſaria certioratio ꝓpter iuramentum. quia ad iuramentum videť ꝗs deliberate accedere: vt probať in. d. c. ex reſcripto. z ibi notat bal. z in aucten. ſacramenta pubeꝝ. preallegata Et ibi etiā bar. archi. i c. quāuis pactuz de pactis. li. vj. anto. in. d. c. ſi diligenti. poſt mediū. z ibi abb: v. co. v ſecundo tāgit glo. bar. z angelus i. d. l. ij. C. de reſcin. vēdi. bal. in. l. ij. C. de rebꝰ creditiſ. abb. in. d. c. pe de emptiōe z vēdi. bar. ange. z Jo. de imo. i. l. ſciēdū. ff. de v. obli. z i. l. ſi duo; patrom. §. idem iulianꝰ. z ſequēti. z ibi moderni. ff. de iureiu. idem bal. conſilio 461 incipit ꝓponiť. in fi. p. partiſ. vbi dicit ꝙ iuramentū ideꝫ operatur ꝙ clauſula derogatoria facta ex certa ſcientia. Immo plus dixit Jo. de ymola in dicto. c. cum contingat. in. ij. membro. verſus finē. ꝙ etiaz ſi iuramētum preſumeretur ex erroꝛe preſtitutū: tñ obligat iurantē ad obſeruantiā iuramēti: qz alias eēt periurus vemendo cōtra iuramentū. ſicut de mero rigoꝛe obligat iuramentū p dolū extoꝛtū. per ea ꝙ habēturi c. ſi vero. de iureiu. hoc probat p no. per glo. in dicta. l. ij. C. de reſcin. ven z in dicto. c. pe. de emp. z vendi. dum ibi concluditur ꝙ ſiquis ignoꝛanter vendidit rem minꝰ dimidia iuſti precij z promiſit non venire contra: z iurauit: nō poterit itentare beneficiū dicte. l. ij. qō de neceſſario intelligendum eſt de eo qui ignoꝛāter vendidit minꝰ dimidia iuſti precij: quia ſi ſcienter vendidiſſet: non haberet locum remedium dicte. l. ij. ſecundum omnes. ibi. quia ſciēti z volēti dolus non infertur. vt. l. j. i fine. ff. de actio. emp. z. l cum donationis. C. de tranſac. quāuis ergo promittendo nō venire contra contractum videatur illa promiſſio continere eūdem erroꝛē

Ubi iteruenit iuramētū nō reqrať certioratio aliaſ requiſita.

quē continebat ipſa vendicio. l. fi. §. Idem queſiit. ff. de condi. inde. tamē propter iuramētum dicte promiſſionis tandum eſt ſecundum omnes in d. l. ij. z in. d. c. pe. ſaltim non obtenta remiſſione vel abſolutione a iuramento iuxta notata in. c. j. de iureiu.

¶ Unum finaliter non obmitto ꝙ illi qui dant pecuniam mercatoꝛi ad partem lucri z damni ſecundū diſpoſitionē huius textus z. l. j. C. pro. ſocio: non poſſunt petere rationez ſibi redditi a mercatoꝛe ante finem anni Ita notā. dixit bar. in. l. neminē. C. de ſuſcepto. z archa. li. x. ar. illius textus. quod eſt mēti teneudū ſecūduz eum. quē referunt z ſequūtur angel. z alexan. Idem facit text. z ibi ioannes de pla. in. l. miſſi oppinatoꝛes. i princi. C. de exacto. tribu. li. x. quod tñ intelligendū eſt quādo peteretur ratio adminiſtrationis totius ad quā nō tenetur. niſi in fine adminiſtrationis. vt. l. aduerſus. z. l. rationis. C. de admi. tuto. z. l. ectus. ff. eo. Secus ſi pro aliqua particulari geſtione ſeu ſpeciali negociatiōe vel articulo. Tñ de eo bene poteſt peti ratio ante finitā adminiſtrationē. vt. ff de tute. z ratio. diſtra. l. ſi adhuc. §. curatoꝛ. z. ff. de admi. tu. l. cū curatoris. ſecundū quartā letturā. z. ff. rem pupi. ſaluā foꝛe. l. nō quaſi. §. hac ſtipulatione. ita tenet ſalice. in. d. l. aduerſus. C. de admi. tuto. ſz refert et ſequitur ioannes de pla. in dicta. l. nemunem. ad finem.

¶ An autē mutuans alicui pecuniā hoc pacto ꝙ mutuatariꝰ det ſibi tantum lucrum quantum poſſit lucrari talis mercatoꝛ cōmittat vſuram. vi. conradum de cōtracti. q. xliij.

¶ De lucris illicite acquiſitis p maritum vel vroꝛē conſtante matrimonio an z quādo ſint reſtituēda p quē quibus z qualiter dixi ſupra in rubrica .cccxv. §. Limitabis tertio.

¶ In fraudās gabellā ſit tutus i foro conſcientie vide abb. z fellinū i. c. i. de conſci.

¶ Quid aūt de eo a quo nō fuit petita gabella infraānū vt diſponit lex regni: an ſit tutus in cōſciētia archi. flo. ij. parte ſinue. ti. j. c. xij. §. vij.

¶ Plura alia in hac materia honeſti lucri dicenda ſe offerebant: tā de his q̄ per doctores in preallegatis locis tacta reperio: ꝙ etiaz de his que ex cogitata hominū malicia adinuenit: q̄ dudū ſcribere ſt atuerā: qz tñ eoꝝ me turba fatigabat: ac ne longioꝛ ꝙ putaram: tractatus efficeret: hoc loco ſubſtiti. Parce igiť lector digniſſime: ſi aliqua: aut in totū preteriſſa: aut in parte neglecta videbiť/tur. quoniā cauſa predicta me redit excuſatum. Uale.

Finis repetitiōis in rubricaz z capꝰ. p veſtras de donationibꝰ inť virū z vroꝛē q̄ fuit edicta a Joāne lopez de Palacios ruuios ſacroꝝ canonū doctoꝛe. regnantibus chriſtianiſſimis Fernādo z Helisabeth hiſpaniarū regibus: quoꝝ idē auctoꝛ ē cōſiliariꝰ ſumpta ex ppio originali: impreſſa i villa de Valladolid per Jacobū de Gomiel Anno milleſimo quinquageſimotertio Februarij die. xv.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Allegatio eiusdem ioannis lupi de palacios rubeis in materia heresis.

Casus super quo scribeꝝ cogor talis. ē Roderi⁹ cus de carrion rusticus/ydiota/ac simplicissim⁹ homo: qui hactenus semper curam hortor⁹ habuit: captus ⁊ carceratus fuit tanq̄ hereticus ad denūciationē dñi ꝓmotoris fiscalis: eo q̄ aliquando dixit duos fore deos patrē. s. ⁊ filiū. Item q̄ dubitauit de virginitate virginis gloriose. Cū aūt post capturā ab inquisitorib⁹ fidei iudicib⁹ in prima sessione requisitus/⁊ monit⁹ fuisset: vt de premissis merā diceret veritatē prestito iuramēto: statim cōfessus est se aliqñ dixisse duos fore deos patrē ⁊ filiū: motus naturali rōne q̄ sicut alias pater ⁊ fili⁹ diuersi sūt: ⁊ duas cōtinent eētias: ita putauit diuersitatē eētie inter deū patrē ⁊ deum filiū. per ꝟ tñ nūquā discessit ab vnitate fidei xp̄iane: errorem q̄z suū cognouit: veniam cum lachrimis postulando. hoc idē in scōa ⁊tertia sessiōe vel monitiōe iterauit. De virginitate aūt virginis: dixit se nūquā dubitasse: nec dubitatōis ꝟba ptulisse: quāquā due mulieres illud testificētur/vt ex depositiōe testiū appareret. quoz aliqui dicūt q̄ ipe roderic⁹ fuit ab aliq̄ ex circūstātib⁹ reprehensus ⁊ monit⁹ vt errorem deponeret.

Q3 quidē non deposuit imo videꝝ in eroze pduralle. Dubitaꝝ mō nunq̄d exist⁹ hereticꝰ pertinax iudicādus sit: ⁊ vt talis declarādus: ac curie seculari relaxandus.

Ad huius dubij decisionē alia qua necessario p̄mittē da sūt (salua semp in oībus determinatione sacrosancte matris ecclie) p̄mitto igiꝝ in primis q̄ hec due assertiōes hereticе sūt ⁊ ab ecclia dānate vñ ipas firmiter ⁊ cū ptinacia tenē tes arriani merito dici p̄nt. arrius. n. coeternū p̄ri filiū nō agnoscēs diuersas in trinitate substantias asseruit. Cōtra illud q̄ dix dñs ego ⁊ p̄ vnū sum⁹. pp q̄ ei⁹ opinio vt hereticа i cōcilio niceno dānata fuit vt habeꝝ in. c. j. xv. di. ⁊ in. c. quidaz. ꝟ. arriani xxiij. q. iij. ⁊ p̄gl. in cle. j. de sū. trini. ꝟ. etnaliter. Scōa etiā assertio ō ꝟ/ginitate marie similiter dānaꝝ vt hereticа vt habeꝝ in simbolo credo i vnū deū. ibi natū ex maria ꝟgīe. Sup ꝓma aūt emanauit simboluz athanasij approbatū ab ecclesia vñ. Si q̄dem iste roderic⁹ alteram istaꝝ assertionū cū ptinacia teneret: sine dubio hereticꝰ ptinax iudicareꝝ: ⁊ vt talis relaxareꝝ curie seculari. Sz q̄ in vitate nec errorē in mēte tenuit: nec pertinaciam adiūxit: vt infra diceꝝ: merito non pōt dici hereticus.

De eo q̄ 'credit duos fore deos.

De virginitate marie.

Ad hoc enim q̄ aliq̄s iudiceꝝ hereticꝰ duo p̄cipue sūt necessaria ⁊ altero eoz deficiēte: impossibile ē q̄ aliq̄s cēseaꝝ hereticꝰ. primū ē q̄ hēat errorē/fidei ꝟriū i mēte vel itētiōe. q̄ vt hilariꝰ ait intellectiue sēsus i aio est: siue ad bonū: siue ad malū. ⁊ ob hoc dicimꝰ q̄ heresis inciaꝝ i corde: postea vero descendit in ore. quia sicut fides principaliter cōsistit in corde: secūdario in ore: iuxta illud corde creditur ad iusticiā: ꝓfessio fit ad

De errore circa ea q̄ sūt fidei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

salutem ro.x.c.ita heresis que ē op/
positum fidei:vt ipsam fidez ledat:
oportet ꝙ a corde incipiat:quando
quis errat in mente vel intentione.
Sed quia de mente constare non
potest nisi ad vlteriora procedatur:
oportet ꝙ iste error diruetur ꝛ del
cendat in ore:exprimendo forīaz ip
sum etrorem per linguam que nun
cius cordis appellatur.qz verba sūt
signa earum que in anima sunt pas/
sionum vt philosophus inquit in li/
bro piar.non enim presumitur quis
dicere:quod ante animo non cogita
uit vt.l.labeo.ff.ō supellectī.lega.ꝓ
pterea dicebat hyeronimus ꝙ er v/
bis in ordinate prolatis: incurritur
heresis:non ꝙ heresis in his consi/
stat. quia etiam sine verbis potest
quis heresim cōmittere ꝛ diceť oc/
cultus hereticꝰ.vt dicit glo.ii.in.c.i.
xxiij.q.i.ꝙ sequitur cardi.ī cle.i.in
prin.in.iij.q. de vsuris bal.in.l.siqs
non dicam rapere.i.col.ff.de epis.ꝛ
cle.sequitur anania in.c.si quis epis
copus.iij.co.de here.ꝛ in.c. cōsuluit
.iij.col.de vsuris: Sed quia verba
sunt occasio vł causa errotis. ita no
tanter dicit sanctus tho.iiij.sen.di.
xiij.q.ij.ar.i.in solutiōe.v.argumti.
Idē sentit in effectu scōa scōe.q.xi.
ar.i.in corpore qōnis.vbi inter cete
ra dicit ꝙ sicut ille qui rectam fidez
habet christianā:voluntate sua as/
sentit christo: ꝛ exinde his que vere
ad eius doctrinam ptinent: sic a rec
titudine fidei christiane dupliciter
pōt quis deuiare.vno modo ꝺa ipsi
christo nō vult assentire ꝛ hic habet
quasi malā voluntatē circa ipsum fi
nē:ꝛ hoc ptinet ad spēm infidelitatis
iudeoꝝ ꝛ paganoꝝ. Alio mō ꝙ licet
intēdat xpo assentire: tñ ñ eligit ea
q̄ sunt vere a xpo tradita ad q̄ sibi ꝓ
pria mēs suggerit:ꝛ ista ptinet ad he/
resim:ꝓ ꝙ ꝗs ꝓfitetur fidē xpi: sed
dogma eius corrūpit.hec ille:quē re

Dupl'r quis recedit a fid.

fert ꝛ sequit archiepus florentinus.
ii.ꝓte sume ti.xi.c.iiij.in principio ꝛ
lacius.c.v.post petrū de palude.iiij.
sent.ē.di.xiij.vbi dicit ꝙ error in in/
tētione vel rōne requirit vt aliqs sit
hēticus:quia heresis ē spēs infideli
tatis. sed infidelitas ē in intellectu
subiective sicut ꝛ fides sibi ꝓria. vñ
factū sine errore nunq̄ facit homi/
nē hēticū vputa si quis fornicatur:
aut mechat:licet agat ꝓtra veritatē
q̄ dicit nō mechaberis:ex hoc nō est
hēticus:ni si credat vel opinet forni
cari eē licitū.rō est quia quādocū/
qz aliqua requirūtur necessario ad
cōstructionē:deficiēte altero eorūz
impossibile ē illud eē ꝗa dato oppo/
sito ꝙ sine illo possit eē:nā ñ necessa
rio reqreret ad ꝓstructionē illi⁹.si/
cut ad cōstructionē domus necessa
rio requirit fundamētū paries ꝛ te
ctū :nō altero deficiēte:nō pōt eē do
mus. Sic ergo ad hēsim ꝓstituēdā:
requirit error i intellectu necessario
nullū aūt factū absolute sine errore
in itellectu facit hēticū.ꝛ ꝓp ꝟ dicit
ꝙ baptizare ymagines:adorare de
mones:eis thurificare: ꝓculcare cor
pⁱ xpi i luto: ꝛ oīa hmōi q̄ sūt valde
orrēda pctā:nisi sit error i itellectu:
nō facūt hominē hēticū:vt ibi laci⁹
p cū qui pulchre loquit. Idē i effec/
tu volut sanctus tho.i.sen.di.xxxiij.
ar.v.in corpore questionis.

De cōculcan te corpus xpi.

¶ Secundū per quaz necessariū ad hēsis ꝓfectionē ē pti/
natia.idest ꝓsistencia in errore iam
mēte cōcepto: seu obstinatio in vo/
luntate q̄ nunq̄ ꝓsumit nisi de ea cō
stet vt infra subiiciam. nā vt inqt au
gustin⁹ i enchiredeō.i multis reb⁹ er
rare:nullū aut minimū pctm̄ ē:sed
hēsis sic infidelitas:grauissimū pctm̄
est.ergo nō ois error ē hēsis:sz ille so
lus q̄ est fidei ortodoxe contrarius
adiuncta pertinatia. vt ostendunt

De ptinacia

verba hieronimi super epla ad gala
thas:transūptiue in.c.heresis.xxiiij.
q.iij.heresis inquit grece ab electio
ne dr ꝙ.s. vnusq̄sq̄ eā eligit disципli
nā:quā putat esse meliorē vt etiam
tradit scūs tho.scōa scōe.q.xi. ar.i.
Ante ḡ quā ꝗs eligat dogmatizare
vel opinari:aut asserere aliqd cōtra
fidem:cōfirmādo errorē per electio
nē:nō pōt dici heresis:oz igit ꝙ per
talē electionē adhūgat pertinacia:ta
liter adherendo errori: ꝙ nullo mō
velit ab eo discedere: sz defensare p
sistit.ita dicit augu.scribens contra
manicheos:ꝛ habetur in.c.qui in ec
clesia.xxiiij. q. iij. vbi lra dicit qui in
ecclesia xpi morbidū aliqd pranūqz
sapiūt:si correcti vt sanū fr̄ cūqz sapi
ant:resistūt cōtumaciter:suaqz pe/
stifera ꝛ mortifera dogmata emen/
dare nolunt:sed defensare persistūt
heretici sunt :vt etiaz tradit sanctus
tho.scōa scōe.q.xi.ar.ij. hoc ē quod
ostendit nobis apostolus ad titū.iij.
c. transumptiue in.c.dicit apostolus
eadez causa.ꝛ.q.dum monet nos vt
hereticū hoiem post primā ꝛ scōam
correctionē vitemus in quibus ver/
bis denotat pertinacia eius qui mo/
nit⁹ se corrigere noluit vt infra lati⁹
declarabit. Ad idē cle. vna ō sū. tri.
§.porro.ibi ḟquis deinceps assere/
re/defendere/seu tenere/ pertinaci
ter p̄sumpserit:tanquā hereticus sit
censendus.dicit ibi glo.in verbo pti
naciter. pertinax valde vel imprudē
ter tenēs:durus irrevocabilis indo
cilis:obstinatus. Sola ḡ pertinacia
est q̄ facit hoiem hereticū scōz card.
ibi in nono notabili. Ad idē cle.vna
§.fi.de vsuris.ibi. Sane siqs ī illuz
errorē ciderit:vt pertinaciter affir
mare p̄sumat ꝛc.dicit ibi laudimius
exponēdo vbū pertinaciter idest ob
stinata pertinacia:alś nō incurreret
penas illius cle.gencellinus exponit
pertinaciter idest cū persistentia in

No. illū ter.

Qualis oz eē monitio vel correctio vt ḟquisq̄ pertinax.

corrigibili.qō sequitur ibi cardi. in
prin. Si ḡ inquisitores vel iudices fi/
dei errorem alicuius declarēt ꝛ cor
rigāt:ille vero nō obedit/vel obtem
perat:dicitur pertinaciter resistere
vt est ter.valde singularis cum glo.
in.l.tutor.§.tutores.ff.de suspectis
tutoribus.vbi si tutor ad p̄ceptū su/
periorus pecuniā pupilli nō destina
uit in emptionē predioz:iudicat̄ per
tinax: ꝛ carceratur vt suspectus no.
multū bar.ibi.ꝛ facit scōm eū ꝙ ille
possit condēnari tanquā hereticꝰ p
tinax:qui inquisitori aliqd asserēti nō
credit. Ex quo dicit ibi nicolaꝰ ō ne
apoli declaratur ter.in.d.cle.i.§. fi.
ō vsuris in.v.pertinaciter.dicetur ḡ
pertinax hereticꝰ si ꝗs epō:inquisito
ri:vel theologo nō credit:dū eū cor/
rigūt.vt patet ex predictis ꝛ tz in ex
p̄sso ī ēminus istis dñis fellinꝰ sandeꝰ
auditor rote meritissimꝰ in rubrica
de hereticis.qō est valde notāduz ꝛ
ad ꝓpositum nostrum satis accōmo
datū:ꝛ quāuis ille non dicat hoc fu/
it de mēte do.car.in.d.cle.i. de sum.
tri.in prin.in.ij.q.ꝛ in.c.ij.eo. ti.i an
tiquis dū dicit ꝙ ille tantū dicitur p
tinaciter inherere hereśi: qui se non
corrigit vel saltī nō est paratus corri
gi ad mandatū superioris vt.d.§.tuto
res.ꝛ.d.c.ij. de sum.tri.ꝛ facit ter. ī
c.hec ē fides.xxiiij.q.iij.vbi hieroni/
mus ad damasum inquit. Hec est fi
des papa beatissime quam in catho/
lica didiscimꝰ ecclesia.in qua si minꝰ
perite:aut parū caute forte aliqd po
situm est:emendari cupimꝰ a te ꝛc.
ꝛ videtur hoc satis rōnabile. Nā si
forsan ydiota erraret:ꝛ alius simpli
cissimus homo eum corrigeret de er
rore:ꝛ ad eius correctionē teneretur
stati errorē ōponer:incideret forte
ī aliū maiorē. vñ dici poterit ō tali ce
cidit ī scilā putās vitare caribdiz.oz
igit ꝙ corrigat vel moneat a superiore
vł iqsitore:vł iurs pito vt supra dictū ē.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Et secundum ista in telligi debet textus in.d.c.qui in ec/clesia.xxiij.q.iij.duz dicit si correcti vt sanum rectumqz sapiant:resistūt cōtumaciter:suaqz pestifera t mor/tifera dogmata emendare nolunt:sz defensare persistunt. Sic etiā intel ligi debet.c.dixit apostolus dum di/cit hereticū hoiem post primam t se cundā correctionem deuita. Aliqui glosatores exponūt sic.post primam que fit in publico deuita:seruato or dine correctiōis fraterne.que expo. bona est.si intelligatur apostolus lo qui ō fraterna correctione. Sed si i/telligatur apostol⁹ loqui de correcti one que fit per iudicē in foro iudici ario(qđ videtur innuere verba apo stoli recte intuēti)intelligēdū est ꝙ prima correctio est illa que fit p iu/dicem:dum in primo lapsu penten/tiā dat t corripit hereticum abiura ta hereſi. Secūda vero intelligat il la qua relapsum publice arguit:t cō demnat de relapsu.quia post abiu/rationē:propzio se condemnat iudi/cio:eo ipso ꝙ iterum labitur in eam quā prius abiurauit.tūc enī quia er rorem laudat:t virtutem vituperat ab ecclesia pellendus est scōm gl.ibi ita notāter dicit dñs augustinus de anchona in libro de potestate eccle/sie.q.xxviij arti.iij.in solutione pri/mi argumēti. ¶ Uliter tamen expo/nit sanctus tho.ad titum.iij.c.dicēs ꝙ ap̄lus scribens ad titum volebat sibi ostendere quos debuisset vitare seu essent vitandi ab hoībus vel ītер hoīes: t dicit ꝙ hereticus dat rōnem huius dicens.quia subuersus est:qui eiusmōi est tc. Vult tñ ꝙ moneatur bis t ter vt dimittat errorē: t si non dimittit:tūc est hereticus t vitādus. Terna.n.monitio requirit vt suffici ens ad omnia.iuxta illud corinthi.ca. fi. Ecce iam tertio hic venio ad vos ¶ Cū errāte.n.agēdū ē a principio vt corrigat iuxta illō mathei.ix. Nō est opus valentibus medicus tc. t ideo non est dimittēd⁹ quousqz videat si curari poterit. Sz si nō pōt sanari tunc dimittēd⁹ ē iuxta illud luce.xix. Ex ore tuo te iudico serue nequam. Idē sentit ipe scōs scōe.q.xj.ar.iij.ī corpe qōnis.dicēs ꝙ circa hereticos duo sūt cōsiderāda. Unū qdē ex pte ipoz:aliud vo ex pte ecclie. Ex pte qdē ipoz:est peccatum p qđ merue rāt nō solū ab ecclesia p cōicationez separi:sz etiā per mortē a mūdo ex/cludi. Ex pte aūt ecclesie: est miseri cordia ad errātiū cōuersionē: t ideo nō statim cōdēnat:sz post primaz t scōam correctionem vt ap̄l⁹ docet: Postmodū vero si adhuc ptinax in uenat:ecclia de ei⁹ cōuersiōe nō spe rās:alioz saluti,putet:eū ab ecclia separādo p excōicatiōis sniam: t vl teri⁹ relinquit eū iudicio scī'ari a mū do exterminādo⁹ mortē vt dicit hie ronim⁹ t habet in.c.resecāde.xxiij. q.iij.hec sūt verba tho.ꝙ ꝙ vult ꝙ ñ icōrimēti sūt igni tradēdi:sz oīb⁹ mo dis trahēdi sūt ad ecclesiā. ad ħ tex. valde no.in.c.cōuemētib⁹.j.q.vij.§ ītē petr⁹ vbi glo. petr⁹ apochrisari⁹ pape dixit. Rome exulat⁹ ē machari⁹ hereticꝰ a scā sexta synodo: qua draginta diez inducias dedit illi pr̄ nr̄ bfidict⁹ papa: t qtidie mittebat ad eū bonifaciū ꝓsiliariū suū: t istru ebat eū cōmonitonjs ꝟbis ex diuina scriptura t nullaten⁹ volut emēda ri. Hoc āt faciebat vt eū reciper in ordine suo. Ecce ꝙ machari⁹ publi c⁹ erat hereticꝰ: t captus t detētus a papa benedicto: Sed nihilomin⁹ ipe papa mittebat ad eū secretariū doctrine:vt eū istrueret t ad verā fi dē ꝙuerteret. Melius.n.ē t sancti us p hūc modū peccātes ab erroris laqo eruer̄: quā p austeritatē i foue az pditiōis,ppellere micātes. vt iqt hiero. sup hieremiā t habetur in. c.

No. Vba scī tho.

No. illū tex.

recedit e.xlv.di.nam vt augustin⁹ ait in epistola ad vincentium t habetur in.c.quemadmodū.xxiij.q.vij.que/rimus perditos vt de inuentis gau/dere possimus.dicentes mortu⁹ erat frater t reuixit:perierat t inuentus est tc.hoc est qđ nos docet christus mathei.xviij. t luce.xv:dicēs. Quis ex vobis habet centū oues t si perdi derit vnam ex illis:nōne dimittit no naginta nouē in deserto: t vadit ad illam donec inueniat eā: tc.dico vo bis ꝙ ita gaudiū erit in celo sup vno peccatore penitentiā agente :ꝙ sup nonaginta t nouem iustis qui nō in digent penitentia.Habetur trāsum/ptiue in.c.penitentē.xxvj.q.vij.t.c. ierpens.de pen.di.j. t ob hoc calist⁹ papa vt habetur in.c.ponderet. So. di.inter alia dicebat si aliquis lapsus quoquomodo fuerit: portemus euz t fraterno corripiamus affectu. vn/de si correctus errorem corrigat: vel corrigi paratus sit: iste nō poterit di ci hereticus pertinax:nec vt talis cu rie seculari relaxari vt supra dixi t,p batur in.d.c.ij.de summa trim. t in c.nec licuit.xvij.di. t in.c. hec est. fi/des.xxiij.q.j. t in allegato.c.dixit a/postolus.dum dicit. Sed qui sentē/tiam suā quāuis falsaz atqz peruer sam:nulla pertinaci animositate de/fendunt:presertim quaz nō audacia siue presumptiōis pepererint:sed a se ductis atqz in errorem lapsis paren tibus acceperunt:querūt aūt cauta solicitudine vitatē:corrigi parati cū inuenerint:nequaquā sunt inter he reticos deputandi.hoc ideo est quia non habēt electionē cōtradicentē ec clesie doctrine ex quo parati sūt cor rigi.ita declarat sanctus tho.scōa se cūde.q.xi.ar.ij.in solutiōe.iij.argu. t gencellinus t cardi.in cle.ad nr̄m. §.pe.de hereticis. ¶ Quāuis ḡ tene at aliquis ea q̄ sunt contra fidē: dū/modo paratꝰ sit corrigi:nō est here/ticus.possibile est enī aliquē negare assertionē catholicam:apud catholi cos diuulgatā:si tñ est paratus corri gi:si ostendat sibi ꝙ dicta assertio in sacra pagina: vel in determinatione ecclesie continetur:talis nō est stati hereticus iudicād⁹: sed examinād⁹ est:an paratus sit corrigi:t ō fide cū diligētia informādus:t si tūc errorē suū correxerit:bene quidē:si aūt pti nacit̄ pmāserit: vel si redierit: est vt hereticꝰ iudicād⁹.istud est qđ volūt iura predicta si recte ꝓsiderēt. ¶ Ex quib⁹ inferē ꝙ illa sola monitio vel correctio censenda est legitima: vel sufficiēs reputāda:q̄ p ēpm: vel inq sitores:vel aliū iuris peritū erranti ostēdit apte ꝙ assertio sua:catholi/ce obuiat veritati ita ꝙ iudicio intel ligētiuz:nulla possit tergiuersatione negare quin sit sibi sufficienter t ap te ostēsū ꝙ error sit⁹ catholice veri/tati repugnat. Uñ si errās q̄rit certi ficari de errore:t certificat⁹ statim reuertat:nō ꝓuentus a iudice: nō ē hereticꝰ:nec aliquā penā mereť. Si aūt patitur se ꝓuenire:t delictū ē oc cultū:t statim absqz aliqua resisten tia paratꝰ est redire :adhuc non est puniēd⁹ vt hereticꝰ. Si āt notoriuſ est t patiť se dānari:postea vult redi re:adhuc recipiť:sz penā patiť qz de trudiť i carcerē. vt.c.pe.de here.ista sūt notabilia verba do.anto.i rubri/ca de sū.trini.fi.co. t ad ꝓpositū no strū satis accōmodata. ¶ Ū aūt in ca su nr̄o iste roderic⁹ motus naturali rōne crederet duos fore deos pr̄em t filiū:hūc āt errorē pinaciť nr̄ tene ret:nec defenderet:imo credebat ec clesiā sic tenere parat⁹ corrigi:docto sibi errore:t statī ꝙ fuit edoct⁹ cor/rect⁹ seu monit⁹ p inq̄sitores i prima sessiōe ꝙus delictū suū erat occultū confessus est errorē:t se correxit :er rotis veniam cū lachrimis postulāſ: ergo per consequens non potest he

Conclusio.

De monitione vel correctione.

No. dictum anto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reticus pertinax dici. vt patet ex predictis: z in terminis nostris firmat Inno. in. c. firmiter in fine de summa trini. dicens ꝙ si quis tenet fidē implicitam: credendo quicquid ecclesia credit: sed falso opinatur ratione naturali motus ꝙ pater maior vel prior sit filio: vel ꝙ tres persone sint tres res a se invicem distātes: non est hereticus: imo nec peccat: dummodo hunc errorem suum non defendat: z hoc ipsum credit: qz credit ecclesiam sic tenere: z suā opinionem fidei ecclesie supponit. quia licet male opinetur: tamen non est illa fides sua. imo fides sua fides est ecclesie. vt dicto. c. damnamus in fine. ista sunt famosa verba innocentij vbi supra. hoc idem referunt z sequūtur bal. anto. cardi. abbas z alij in rubrica eodem ti. abbas z felin°. in. c. j. de hereticis Jo de anania in c. firmissime eodem titu. Cardi. in cle. j. §. pozro. in. q. de summa trini. z in cle. j. de vsuris. §. fi. q. ij. in fine. Bal. in rubrica. C. de summa trini. in fine. reputans hoc valde notandum ad excusationem rusticorum z ydiotarum qui sepe imperuntur de hereſi per inquisitorem scōm eum.

Mo. hāc doctrinā Inno. ꝙ simplicib°.

¶ Idē licet sub alijs verbis sentit sācrus tho. iij. senten. distin. xxv. q. ij. in solutione primi argu. vbi dicit ꝙ nō condemnantur simplices pro hereticis: quia nesciūt articulos: sed quia pertinaciter defendunt ea que sunt contraria articulis. quod non facerent nisi pro hereſi fidem corruptaz haberent: quia licet necessarium sit cuilibet credere articulos fidei quātum sufficit ad dirigendum in vltimum finem secundum eundez tho. vbi supra. q. j. ar. j: Satis tamen erit laico maxime ydiote: credere articulos fidei implicite secundum ꝙ ecclesia credit vt tradit Innocen. quem omnes referunt z sequuntur in. c. firmiter de summa trini. abbas z alij in rubrica eo. ti. Et hinc est ꝙ dubitās vel male sentiens de articulis fidei non est proprie hereticus vt dixit gl. no. in. §. quia vero. xxiij. q. iij. que inter alia dicit ꝙ qui non tenet articulos fidei: dicitur large hereticus quā glo. reputat singularem Jo. de ana. in dicto. c. firmissime in fine de hereticis. Idem tenet Jacob. bu. in. l. ij. eo. ti. C. quem refert z sequitur idē Jo. de ana. in. c. j. in fi. eo. ti. Idez tenet Cardi. in. d. cle. j. de summa trini. §. pozro ad finem. Sunt enim aliqua in fide ad que explicite cognoscenda: omnis homo tenetur. Unde si in his aliquis erraret: infidelis reputatur z hereticus si pertinaciam adhūgat. Sūt alia ad que explicite credenda homo nō tenetur: z in his errans non efficitur hereticus: vt si aliquis simplex credat Jacob patrem fuisse abrahe: quod est contra veritatem scripture: quam fides profitetur: q vsqz hoc sibi innotescat ꝙ fides ecclesie contrarium habet. quia non discedit per se loquendo: a fide ecclesie: nisi ille qui scit hoc a quo recedit ō fide ecclesie esse. ista sunt notāda verba sancti tho. iij. sen. distin xxij. q. ij. in solutione sexti argument. quem sequitur archiepiscopus florentinus secunda parte summe. titu. xij. c. iij. in fine. Et quamuis ille nō dicat: hoc idem voluit sanctus tho. j. sen. di. xxxij. articulo. v. in corpore questionis dicens. ꝙ ptradictio de his que ad fidem pertinent: potest esse dupliciter. vel quia est de illis q̄ expresse in articulis fidei continent: quos scire oēs tenētur z circa talia contradictio non est sine peccato in altero vel erroris simplicis: vel hereſis si pertinacia adiungatur. vel est ō illis ad que consequitur aliquod inconueniens z contrariuz fidei: licet in fide expressum non sit: nec determinatum: z tunc ante pertractionē per quam scitur ꝙ aliquod inconueniēs fidei sequitur: potest vtrumqz sine peccato opinari: z maxime si pertinacia non adiungatur. Sed pertracta veritate: z viso quid sequitur Idem iudicium est de his: z de illis que determinata sunt in fide: quia ad vnum sequitur alterum: sicut si aliquis simplex: z scripturas ignorās crederet iacob patrē ysaac fuisse: ad qs seqt scripturā esse falsā. quod est expresse contra fidem ant equam se qui ostenderetur: ibi posset eius opinio sine peccato esse: sed ostēso qō sequitur scripturam esse falsam: si ad huc in opinione pertinaciter persisteret: hereticus iudicād° esset. hec ille. Hoc etiaz fuit de mente sancti tho. scba secūde. q. iij. ar. vj. in solutione. vj. ar. vbi dicit ꝙ simplices non sunt examinādi de subtilitatib° fidei: nisi quādo habetur suspicio ꝙ sint ab hereticis deprauati: qui in his que ad subtilitatē fidei pertinent: solent fidem simplicium deprauare. Si tamen inuenant̄ non pinaciter pueruerse doctrine adherere: si i talib° ex simplicitate deficiant: non eis imputat̄ Hec ille. Idem sentit super epistolas pauli ad tithū. c. fi. ij. co. ver. secūdo ex parte electionis. vbi dicit ꝙ si eligens errorem fidei: non est pertinax: sed est paratus corrigi: secundū ecclesie determinationez: z sic nō est ex malicia: sz ex simplicitate vel ignorantia: non est hereticus. Idem petrus ō palude. iij. sen. di. xij. q. ij. dicens ꝙ hereticus dicitur ab electione seu herendo: z hereſis est secta ꝙ diuisio: z aprohereſi quod ē electio vſi quando ex electione z non ex simplici ignorantia quis diuidit se a fide catholica in ꝙcunqz articulo quē tenetur explicite scire: vel alio per ecclesiā declarato: cum pertinacia: ipe est hereticus vere. Secus ergo si ex simplici ignorantia vel impericia.

Errās in his q̄ tenet explicite credere: nō est hereticus ꝓ pertinax.

Pro simplicib° male sentientib° de articulis fidei.

Et videt̄ mihi satis rationabile ac consonum. ignorantibus enim z simplicibus parcendum est vt. c. super litteris de rescrip. z. c. inter corporalia de translatione prela. prope finē ibi veniam erroi dedimus: quia nō ex malignitate: sz ex simplicitate peccarunt. Ad idem. c. cum vniuersoꝝ de rerum permuta. ibi vt tamen simplicitati venia tribuatur. z. c. tanta. lxxxvj. distin. in fi duz dicit. sed quia simplicitatem tuam cum senectute cognouimus ꝛc. z collegit ibi glo. ꝙ parcitur simplicitati. Ad idem pulcher textus in. c. scriptura de consecratio. distin. ij. vbi littera. si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter non hoc obseruauerit: z tenuit quod nos dominicā fa/cere magisterio z exemplo docuit: potest simplicitati eiusdem indulgentia domini venia concedi. Ex quibus omnibus patet ꝙ huic rustico simplici parcendum est quāuis erraret proferendo verba predicta.

¶ Qualitas enim personarum in dictis z factis attendēda est vt. l. j. C. si quis impera. male. cum concordātijs. ¶ Ad predicta facit notabilis decisio mathei doctoris ātiqui z magne auctoritatis in cle. j. §. nos igitur de summa trinita. z Jo. de lignano. quos sequitur ibi dominic° cardina. in. iiij. q. Idem matheus in cle. nolentes de hereticis. quem refert z sequitur ibi Jo. ō imola. penul. co. in principio. Lapus abbas in clemē. vna. §. fi. de vsuris quem refert z sequitur ibi domin° cardi. in. v. q. qui omnes conformiter tenent ꝙ si quis per lubricum lingue aut loco vel fama simplicitate asserat aliquid hereticum: vt puta ꝙ exercere vsuras nō est peccatum: non est hereticus: neqz per inquisitores in aliquo debet puniri. Sed per eius ordinarium

Universidad de Deusto
Biblioteca

imponetur ei saltim aliqua levis pe/
nitentia salutaris. Aliqui tamen ex
predictis fatentur q̄ etiam per inqsi
tores z iudices fidei poterunt leviter
castigari: ratio est quia isto casu nō
concurrunt necessaria ad heresim. s.
error in intellectu: z pertinacia i vo/
lūtate. ergo ꝛc. Cum autē in casu no
stro iste rodericus delatus verba p̄
dicta ꝓtulit: aut ex lapsu lingue: aut
fatua simplicitate vel diabolica sua/
sione credens ecclesiam sic tenere. pa
ratus corrigi non seriose vel pertina
citer vt sepe dictum est: concluditur
de necessario q̄ non potest dici here
ticus pertinax. Quia de eius perti/
nacia nec constat: nec constare p̄ot:
vt appareat ex predictis.

¶ Et per ista meo iu

Pro intelle/ctu. c. j. de he reticis.

dicio tollit de medio vnum quod tā
quam precipuum adduxit dominus
promotor fiscalis contra eum dicen
do. q̄ ex quo iste rodericus fuit du/
bius in his que sunt fidei: infidelis ē
z hereticus. vt. c. j. de here. qz vt ibi
dicit Jo. an. quem alij sequūtur illō
procedit quando in tali dubitatione
habuit firmitatem animi z quādam
pertinaciā vt quia perseverat in illa
dubitatione al's secus. Hoc idem te
net augustinus de ancho. in libro de
potestate ecclesie. q. xxviij. arti. j. vbi
ponit quinq; modos quibus aliquis
p̄ot esse dubius in fide. Idem in effe
ctu vult guillelm⁹ doctor antiqu⁹
prout refert archiepus florentinus
in summa. ij. parte ti. xij. c. iiij. in fine
principij dicens. q̄ tunc dubius in fi
de infidelis est quando sponte vult
dubitare: secus si vacillat circa fidē
ex temptatione: sed cum displicentia
rōnis/quasi tunc sit paratus corrigi
z percōsequēs nō adheret dubitatio
ni cum pinacia. Vel aliter p̄ot itelli
gi q̄ dubi⁹ in fide sit infidelis qñ du
bitat de tota fide xp̄iana qñ talis cē
setur ptinax z incorrigibilis: seu p̄t
naciter dubitans qz nō est paratus
corrigi p doctrinā quā dubitat verā
Cum null⁹ nisi p veritatē corrigi ve
lit: Sec⁹ tñ est de illo qui totā fidez
generalit tenet saltim implicite: du/
bitat tñ de aliquo articulo spāli nes
ciēs illū i sacris litteris contineri: vl̄
credit aliquid aliter itelligi p aliquā
auctoritatē sacre scripture quā ma/
le intelligit. Nā iste talis nō iudicat̄
hereticus ex quo parat⁹ est corrigi
z nō ptinaciter illud tenet: qz tūc re
manet aliq̄d ex fide per q̄ pbari p̄t
eius error ita notāter itelligit dictū
c. j guillelmus ochā in suis dialogis
j. p̄te. li. iij. c. x. z alibi nō legi. de quo
ibi lati⁹ p eū. Cū aūt iste rodericus
simplicissimus hō teneat q̄cq̄d tenet
sacrosancta mater ecclesia: q̄uis du
bitaret de vnitate eētie diuine p̄o
pter auctoritatē male intellectā/vel
ex simplicitate: vel diabolica suasiōe
paratus tñ corrigi: nullo modo p̄ot
dici hereticus pertinax. Credit emz
iste rodericus deū patrē: deūq; filiū
iesū xp̄m passū surrexisse z remunera
torē bonoz operū ꝛc. q̄ō ei tāquam
laico ydiote sufficit credere: iuxta il
lud hebreoz. xj. Sine fide impt ipos
sibile est placere deo. Credere. n. o/
portet accedētē ad deū qz ē: z inq̄rē
tib⁹ se remuneratoꝛ sit. Hō dicit apo
stol⁹: qz nemo p̄t placere deo nisi ac
cedat ad ip̄m. Jaco. iiij. Appropin/
quate deo z appropinquabit vobis.
p̄s. Accedite ad eū: z illuminamini.
Sed nullus accedit ad deū nisi p fi
dē qz fides est lumē intellect⁹. ḡ nul
lus p̄ot dco placere nisi p fidē. Acce
dentē aūt per fidem oportet crede/
re dño tāquā termino mot⁹ q̄ ē ipe
deus vnde dicit oportet accedentez
credere deum quia est. oportet etiā
q̄ accedēs sciat q̄ de⁹ hēat, puidētiā
de rebus: aliter nullus iret ad ipsum
si non speraret aliquā remunerationē

ab ipo vnde dicit z inquirētib⁹ se
ꝛc. Esaye. iiij. Ecce dñs veniet. ecce
merces eius cuz eo. merces autē est
illud q̄ hō querit ex labore. Mala/
thei. xx. Voca oparios z redde illis
mercedem suā. que merces nihil est
aliud quā deus. quia nihil extra ip̄z
debet homo querere. Genesis. xv.
Ego p̄tector tuus suz: z merces tua
magna nimis. deus enim nihil aliud
dat nisi se ip̄m. p̄s. Dñs pars hereditatis mee: z calicis mei. Treñ. iij. ps
mea dñs dixit anima mea ꝛc. Et iō
dicit remuneratoꝛ est inquirentib⁹
eum non aliud. p̄s. Querite dñm z
cōfirmamini: querite faciem ei⁹ sem
per. Nec sanctus tho. vbi supra. z sub
dit q̄ hec duo sufficiunt ad salutem
credere deum esse remuneratorem
bonorum z credere articulos impli/
cite vt etiam tenet Inno. in. d. c. fir
miter. anto. cardi. abb. z alij in rubri
ca co. ti. qz post peccatū primi paren
tis nemo potuit saluari a reatu cul
pe originalis nisi per fidem mediato
ris: Sed ista fides diuersificata est
quantū ad modū credendi scōm di/
uersitatem tempoz z statum. Nos
aūt quibus est tantū beneficiū exhi
bitum: magis tenemur credere quā
illi qui fuerunt ante aduentum xp̄i.
Unde credere debem⁹ in deum ex/
plicite. Alia vero sufficit iplicite cre
dere p̄sertim ydiotis simplicibus
laicis z mulierib⁹ vt per sanctū tho.
vbi supra qui latius loquit̄. z scōa se
cunde. q. ij. ar. v. in corpore. q. z lati⁹
z melius bonauētura. iij. sen. di. xxv.
ar. j. qui dicit q̄ aliquos articulos fi
dei tenētur laici explicite credere. s.
deum esse trinū z vnū ꝛc. alios impli
cite. Sed ad casum nostruz: non est
vis vtrū quis dubitet vel erret i ar/
ticulis quos teneat explicite credere
vel in his quos sufficit implicite cre
dere. quia neutro casu incurret here
sim nisi pertinaciā adiūgat scōz tho.
iiij. sen. di. xiij. q. ij. in solutiōe. vj. ar:
z archiep̄m. ij. p̄te sūme. ti. xij. c. iiij. i
fi. z pe. de palude. iiij. sen. di. xiij. q. ij.
in p̄ncipio. de quibus supra habita ē mē
tio. Sed quāuis excusetur quis ab
heresi si errat in his q̄ explicite cre/
dere tenetur si pertinaciā nō adiun/
gat: non tamen excusat a peccato.

¶ Et secundum ista in

Mo. hanc cō sideratione3.

telligo illud q̄ notanter dicit sanct⁹
tho. j. p̄te. q. xxxij. ar. iij. in corpore
cōmis. dū dicit q̄ in his q̄ ad fidē p̄ti
nēt directe sicut ea q̄ sūt nobis p̄n
cipaliter diuinit⁹ tradita: vt deū eē
z filiū dei eē incarnatū z hmōi: circa
ista falū opinari: hō ipso inducit here
sim. maxime si pinacia adiūgat: qz i
ōem terrā exiuit son⁹ eoz vt dicit a
postol⁹ ad corinthi. xiij. z p̄s. Et cir
ca ista subdit ibi. apl̄us. Si q̄s autē
ignorat. s. ea q̄ dei sūt de iure natura
li: ignorabit adeo: id est reprobab̄. ita
expōit grego. in moralib⁹: qz ignorā
tia q̄ dicit p̄uationē cognitiōis ne/
cessarie ad salutē: z est i nobis z a no
bis: culpa est. p̄sertim cū sumus i via
vitatis volūtarie: ab ea recedimus i
viā erroris nos p̄cipitātes. z hec est
ignorātia erronea vt i hereticis: q̄ fi
uuat qñ est circa fūdamētū fidei: vl̄
circa alia q̄ fidei sunt: adiūcta pina
tia. istud est q̄ notāter voluit bona
uētura. ij. sen. di. xxix. q. ix. istis g̃ me
rito dicet dñs illō/q̄ habet̄ mathei
xxv. c. Amē amē dico vob̄ nescio vos
Esaye. v. ꝓpterea duct⁹ est populus
meus captiuus quia non habuerunt
sciētiā. p̄s. nescierūt. n. sacramēta di
nec intellexerunt. sapiētie. iiij. cap̄lo.
hieremie. ij. tenētes legē nesciert me
talis dicere p̄t illud. p̄s. Lumē ocu
loz meoz non est mecū. de tali intel
ligendum est illud quod habetur se
cundo regum. v. cap̄lo. Cecus z clau
dus non intrabunt intrabūt in tem
plū dei. scilicet glorie. cecus qui igno

Ignoras ig/rabitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rat deum:vel ipsuz negat. Laudus qui deū cognoscit z ea que dei sunt: non tamen operatur recte. Cum autem iste rodericus cecus non sit:qz deuz cognoscit :z credit quicquid ecclesia tenet quamuis dubitaret circa vnitatem dei z virginitatem virginis :paratus corrigi:non est hereticus z templum dei intrabit. presertim cum putauerit ecclesiam hoc ipsum tenere vt ex sua confessione clare constat. Cui quidem confessioni standum est. quia cum sit res que spendet ab eius animo z volūtate: credenduz est sibi ac suo iuramento per id quod dixit glo.in.§. alie insti. de actio. bonus textus in.c. significasti de homicidio. z in.c.si vero de sēten.excom. vbi qui percutit clericuz ignorans probabiliter eum clericuz excōmunicatus non est. quam ignorantiā probat p proprīū iuramētū.

Nō sit credendū cōfessioni alicuius

Cōfessio circa phibita qñ iterp̄ret̄ i mala pte.

Non obstat quod

dominus inquisitionis promotor in contrarium adducit z satis subtiliter. dicendo. q cum predicta verba heretica sint: z ab ecclesia damnata vt supra dictum est: presumendū est contra proferentem q seriose dixerit: z malo animo ac ōprauato: quia omne male dictum aut male factum ex prava intentione processisse presumitur vt.l.ii non conuicij. C. de iniurijs vbi dicens alteri verba contumelioſa:presumitur dixisse iniurandi causa. Ad idem.c.j.de presump. z l.j. C. ō siccarijs. que presumptio fūdat intentionem accusatoris vel denunciatoris z transfert onus probādi in aduersariū. vt no.in.l. sine possidetis. C. de proba. z videtur casus in terminis in.c. cū dilecti. de accusa. vbi ꝓfessio etiā iurata que potest retorqri ad bonū z malū:ex quo prima fronte sonat in delictum: debet fieri interpretatio in malā partē cōtra confitentem:nisi is qui confitet excusationē alleget z pbet. Maz ibi eps ꝓfess⁹ ē sup dilapidatione:naufragio z simōiaz sua ꝓfessio poterat fferri ad bonū z ad malū vt ibi dicit textus:epus volens se excusare:artatur ad probandum excusationes suas propter presumptionez que erat contra eum ex sua confessione sup rebus que sapiūt delictū. vt est ibi text. singularis scōm omnes quē sic induxit dūs promotor fiscalis contra hunc rodericum. Ad cuius cōfirmationē facit qō notanter volut bar. quem alij sequūtur in.l.aureli⁹. §. idē que sint. ff. de libera. le. vbi dicit q si quis confitetur se occidisse hoiem:sed ad sui defensionē p̄sumitur contra cōfitentem:adeo q eius confessio potest scindi: z acceptari quatenus cōfitet hoiem occidisse: quia homicidiū est de genere ꝓhibitoz. z quatenus subdit q ad sui defensionem occidit:potest reprobari. vnde nisi aliter probet q ad sui defensionē occidit:condemnabitur. hanc doctrinam sequitur abbas in.c. bone el secūdo de postu. pre. in fi. z in.c. cum venissent de instī. ponderans ad hoc illum textū iuncta glo. reputans eum no. Idem tenent multi alij de quibus per modernoz es in.d.c. cum dilecti z ī tractatu maleficioz in parte comparēt dicti inquisiti z partē confitentē: ptē negant. Ad ista multiplex patet responsio. Prima q generalis presumptio que facit contra istum roderi/cum ex ratione de qua supra: tollitur per aliam presumptionem particularem que facit pro illa scz eius simplicitas z persone qualitas vt supra dixi. quando autem concurrunt due presumptiones contrarie specialis vincit generalem ar. regule. generi ō regu. iuris. lib. vj. z.c.j. de rescriptis cum concordantijs. Et ī specie facit textus notandus in. c. litteras. de

Occidi homi nē ad mei defensionem.

presump. vbi probatur q stan dum est presumptioni validiori inter duas presumptiones cōtrarias. Istud est quod in terminis nostris voluerunt lapus cardi. z alij. in.d.cle. vna de vsuris. §. sane quos refert z sequitur doctor de villa diego in suo tractatu hereseos. q.i. in fine. pone inquit q ille qui dixit aliquid contra fidem:dicit se non serioſe nec ex animo:sed pocius ira:ioco:vel ex lubrico lingue seu ex fatua simplicitate:an sit puniendus:dicunt q extraordinarie punietur arbitrio iudicis: z imponetur ei aliqua leuis penitentia salutaris. Subdit tamen ille doctor. augerem tamen ego penam ex qualitate persone: z ex quātitate loci z personarum astantiū z scandali exinde secuti. que omnia z ēt alia in puniendis delictis sunt attendenda. presumerem tamen ego dicit ille verba serioze fuisse dicta quia omne male factum prauc presumit actum vt.d.c. primo ō presump. nisi ex pcturis contrarium appareret. ecce quomodo ille doctor ex comecturis admittit presumptionem contra presumptionem que sumitur ex illis uribus. Sed que maioz presumptio quam simplicitas z ignorantia istius delati?

Pro intellectu.c.cū dilecti de accusat.

Ad textum in.d.c.

cum dilecti respondetur q ideo fit ibi interpretatio in malam partē cōtra illum episcopum confitentē: quia a principio iurauit meram z simplicem dicere veritatem: z tunc confessus est contra se: z presumitur veritatez dixisse: quapropter licet postea vellit suam confessionem excusare: si admittitur quia verisimilius est q a pricipio dixerit veritatē: q postea ar.d.c. litteras vbi ille guillielm⁹ qñ ad fidem rediit confessus est fratrem laborare eodez morbo. postea vero in alio iudicio dum fieret inquisitio contra fratrem: purgauit illum cum iuramento dicēdo q credebat illuz fuisse z esse catholicuz: z sic aut primo dixit mendacium: aut postea piurium. Sed papa arbitrat q potius incidit in periurium: qz non est verisimile q ille tempore conuersionis sue dixisset mendaciuz in fratrē: erat tamen presumptio pro secundo dicto quia fuerat iuratum. Sed prima presumptio erat validior. Idez erat in casu dicti.c. cum dilecti. quia ex quo ille episcopus a principio iurauit meram z simplicez dicere veritatem: presumendum erat q veritatem dixerit: ideo licet postea suam suam confessionem velit excusare: non admittitur. quia ex quo fuit cōfessus de facto proprio quod scire presumitur vt no.in.c. ab excōmunicato de rescrip. contra suam confessionem nō est admittendus preseruz ex interuallo. sicut i teste dicim⁹: qui dictum suum ex interuallo corrigere non potest vt.c. preterea de testi. co. ¶ Facit in simili quod vo. uit bal. i rub. C. de reuo. his que i fra. credi. in fi. q licet notari⁹ videatur rogatus apponere omnes clausulas que de consuetudine apponuntur. l. generaliter. C. de fideiusso. ꝓcedit donec contractus est in fieri sz post quam est in facto esse non. quod dictū vt singulare refert andreas siculus in.c.ij. de preca. ij. co. inferēs ex eo limitationem ad illum textum z alia iura que volunt q prelatus vel administrator faciens contractum: potest illum reuocare cum pene adiectione duz contractus est in fieri: secus si in facto esse vt ibi lacius per eum: per hec z alia multa que ex proposito transeo sub silentio: patet maximam esse differentiam z vim inter illud quod a pricipio quis dicit/aut facit: z illud quod ex interuallo.

No. illud dictū bal.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eumqz in casu nostro iste roderi/cus interrogatus ab inquisitorib⁹: meram z simplicez veritatem dixit: ex simplicitate verba illa protulisse: credendum est sibi cuz subdit q̃ crederet ecclesiam sic tenere. vñ a prin/cipio iste ro. qualificauit confessionem suam cui standum est. non sũt ex postfacto vt faciebat ille episco/pus in.d.c. cuz dilecti. vt supra dictũ est. Quim ymo non solum volebat ibi episcopus suam confessionẽ qualificare (quod forsaz licitum sibi foret vt ibi probatur secundum vnaz lecturã quam ibi tenent aliqui doc/tores z bal. in.c.i.§.item si vasallus .ij.col. de controuersia investitu/re z in.l.ij. in fi. C. de custo. reoz z ĩ additionibus ad spe. ti. de positionibus. §. decimo sequitur. i. co. v. item si ponens z in aut. contra qui ppriã fi. co. C. de nõnu. pe. quem sequitur andreas siculus in.c. fi. de solu. ij. co.) Sed volebat ille epus suaz primam confessionem ĩ totum perimere quod non poterat vt ibi est casus secundum prefactos doctores.

Nova considerati⁹ fellini.

